



# Contenta.

An. 7.

1. Job. Eckhardi Observationes philologicae ex Aristophanis Pluto dictiori N. F. illustranda inferuientes.
2. Christoph. Wollū Dis. de eo quod sublame est in his Moysi verbis: praeceps Q̄o, ad Corin. iii. 1. V̄os.
3. Iust. Godefr. Guncius Dis. de Sacra Scriptura in sacris Aesculapii.
4. Sal. Deylingii Eusebianum doctrinae Salvifica Systema. (fide)
5. Christian. Gottlieb Clugii dis. de yu formula, qua interrogamus infanter ante suoram lotionem la.
6. Cap. Haferungii Prog. de baptismi typico.
7. Io. Georg. Waltheri Dis. de baptizato Christum induente.
8. Einr. Historia pedobaptismi quatuor priorum seculorum.
9. — progr. Tempus Adventus mercie iudeorum.
10. — Controversia de predestinatione spiritus sancti.
11. — Historia doctrine de peccato originis.
12. Frid. And. Hallaueri Primitiva christiana rei facies a Plinio representata.
13. Io. And. Danic Dis. de filia vocis, nefanda divina emula.
14. Io. Christian. Hebenstreitii Dis. de discrepantia et conformati palmi XIII. et II. Sam. XXII.
15. Einr. Dis. de sacrificio a precioso offrendo, ex leuit. V. 20. 26.
16. — — de Iesu cap. LXXI. comm. 19. non diuellendo.
17. Christian. Sigism. Georgii dis. de peregrinis idiosyncrias ob causas et effectus suos in sermone N. T. Graec non admittentes.
18. Cap. Gottlob Sperbachii Observationes philologicae in nonnulla pentateuchi loca a translatore Wertheimensi corrupta.
19. Georg. Laur. Gottlieb Religiō Observationes finit. —
20. Henr. Koloppis Dis. qua Iudou. ac Dieu aphorismos theologicos falsos et erroneous refutat.
21. Cap. Heinr. Zeibichii Dis. dicto quedam N. F. ex versione syriaca illustrans.
22. Ioach. Kloden de lingua domini nostri Iesu Christi vernacula.
23. Gustav. Georg. Zeltneri dis. de subiectione Iesu Christi gloriosa, ad 1. Cor. XV. 22-28.
24. Christian. Gottl. Ioecheri Thoma Woltzoni de miraculis Christi paralogismorum examen.
25. Henr. Blaupnig progr. de gradibus academicis.
26. Einr. Animadversiones de missis suis ad gen. XII. 67.
27. Io. Vorstii Diatribb de Adagii N. T.
28. Io. Cap. Haferungii dis. de Bileamo incantatore et propheta periclico.
29. Io. Paschii Grithus rabbinico-philologicus de schem hammerhorst.
30. Christian. Weißi Systema psalmorum metricum a cel. Anglo Franc. Hare ruper adornatum.
31. Adam. Grenzii Lucubratio theologica in locum Ioh. VII. 48. 49.
32. Christian. Gottl. Frid. Wolfsi Scholia de diuinitate Iudaicorum, ad Matth. XLIX. 8.9.
33. Io. Gottlieb Bojeckii Memoria Fred. Nyconii.
34. Io. Andr. Schmidii dis. de regina ex auctor, ad 1. reg. X. 1. 199.
35. eiusd. de elongatis mysteriorum trinitatis predicationib.
36. Christian. Em. Schmidii dis. de promotione academica Isto eiusq. apostolis prosperam tributa.
37. Ernst. Reuschii progr. Hymnus angelicus ex historia rituum Iacorum illustratus.
38. Christian. Böhni. Michaelis progr. de Christo filio hominis.
39. Christian. Böhni. Laudabilis exemplo typiq. trienni academicis.
40. Einr. Oratio de Danieli, laudabilis exemplo typiq. trienni academicis.
41. Christian. Böhni. Michaelis progr. de vaticinio Amoris propheta.
42. Christian. Böhni. Michaelis dis. de dualiis auctis purgationi leprosi destinatis, earundemq. mysterio, ad Leuit. XIV. 1-8.

PRISTINAM CHRISTIA-  
NAE REI FACIEM  
A PLINIO REPRAESENTATAM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA ET CRITICA  
AD PLIN. LIB. X. EPIST. LXXXVII

P R A E S I D E  
**FRID. ANDREA HALLBAVERO**

ELOQV. ET POES. PROF. PVBL. ORDINARIO  
PATRONO ATQVE PRAECEPTORE AETATEM COLENDO

D. XXV. JANVARII C<sup>o</sup> 10CC XXXVIII  
ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT

A V C T O R  
**GEORG. LUDOV. SCHELHAS**

QVERFVRTH.  
PHilos. ET THEOL. CVLTOR,



IENAE LITTERIS IOH. FRID. RITTERI.

PRISTINAM CHRISTIA  
NATREI TAGIENI  
A PLINE REIPUBLICA TATUM  
COPIA LIBERIS ET LITERIS QVOD  
AD TITULUM TUTTUM EXCEPTE  
H  
TRID ANDREA HALIBURIO  
ERUDITIONE MUNIMENTO  
GEORG LADOGA SCHELHAS

QVADRIVAGI  
PRAEFACTA  
PRAEFATUM



PRIMA EDITIONE 1691 TRID RIBERI

A  
SON ALTESSE SERENISSIME  
MONSIEUR  
MONSIEUR  
**JEAN ADOLPH**  
DUC DE SAXE-QUERFURTH  
ET WEISSENFELS

JULIERS CLEVE ET BERGUE COMME AUSSI  
D'ENGEREN ET DE WESTPHALIE LANDGRAVE  
EN THURINGUE MARGRAVE DE MISNIE ET  
AUSSI DE LA HAUTE ET BASSE LOUSACE  
PRINCE DE HENNEBERG COMTE DE LA MARC  
ET RAVENSBERG ET BARBY SEIGNEUR  
DE RAVENSTEIN

*CHEVALIER DE L'ORDRE DE L'AIGLE  
BLANC ET DE S. HENRY*

GENERAL EN CHEF COMMEN-  
DANT DES GARDES DU CORPS ET COLONEL  
D'UN REGIMENT DE CAVALLERIE ET D'IN-  
FANTERIE DE SA MAJESTE LE ROI DE  
POLOGNE ET ELECTEUR  
DE SAXE.

1716



MONSIEUR  
JEAN ADOLPH  
DUC DE Saxe-Gotha  
ET MARSCHAL

INTIER CLE ET HERCINE COMME LAISSE  
DE NEREE ET DE WESSELINIAN DE MIZUR ET  
EN THUNIGE MAROLYAN DE LAVAG  
VUSI DE LA HAUTE ET LEZES FOUAGE  
LINC DE HEMINGBOOM DE LA VILLE  
ET LAVINIER ET LAVINIER SEIGNEUR  
DE LA VILLE

CHENAILIER DE LORIDIE DE LA VILLE  
CHENAILIER DE LA VILLE  
GENRAL EN CHEZ COMME  
DANT DES OMBRES UN COUD ET CORNU  
**SHéros, et qu'elle gagne la faveur du ciel  
et de la terre, ce n'est pas sans raison, que  
Dieu a favorisé les actions héroïques de vo-  
tre**

TRE ALTESSE SERENISSIME et qu'une heureuse issiue LUI a succédé, que l'Alemagne et tout l'univers sont non seulement tout à fait ravi mais aussi charmés, de la conduite d'un General, qui a étonné le monde et d'un Prince, qui fait les delices de ses peuples. Tout le monde est sensible aux rares vertus de VOTRE ALTESSE SERENISSIME et ne fauroit assez admirer et respecter en vous un DUC REGNANT UN GENERALISSIME de l'armée de sa MAJESTE LE ROI DE POLOGNE et ELECTEUR DE SAXE, en un mot un Héros. Même les plus Grands du monde vous donnent toutes les marques possibles de leur estime et de leur affection. Je ne veux pas entrer dans le détail de vos admirables qualités et de vos entreprises héroïques et obscurcir par de vaines louanges une gloire si éclatante. Ma bouche est trop foible et les traits de ma plume sont trop simples pour tant de merveilles, il faudroit un HOMERE pour en faire le panegyrique. VOTRE ALTESSE SERENISSIME a autant de trompettes vivantes qui publient vos louanges meritées par les victoires, que vous en avez eues de témoins oculaires. La seule Pologne et la dernière prise de Dantzig nous

Sont montré suffisamment les exploits inouïs dont  
le souvenir les fait encore trembler. VOTRE  
ALTESSE SERENISSIME fut l'ACHILLE, à qui  
la perte de cette Troie étoit réservée. Les  
histoires rapportent, qu'on a représenté JULE  
CESAR avec un livre et une épée, et ces mots :

EX VTROQVE CAESAR.

C'est la véritable devise de VOTRE ALTESSE  
SERENISSIME le CESAR de notre tems avec  
le livre et l'épée et ces mots :

EX VTROQVE DVXJON

C'est à dire le Premier aux conseils et Chef de  
l'armée. La science et l'experience brillent en  
vous et sont reunies par un heureux assem-  
blage. La pieté, la justice et la clemence sont  
les pretieux biens dont le bon Dieu a regalé  
abondamment VOTRE ALTESSE SERENISSI-  
ME. C'est ce qui vous rend si aimable a ceux  
a qui vous commandez avec douceur et a  
ceux qui vous obéissent avec plaisir. Heu-  
reux les peuples sous les loix sacrées de VO-  
TRE ALTESSE SERENISSIME. J'ose m'écar-  
ter de la foule de ceux qui vous adorent, de  
vous faire connoître publiquement les senti-  
mens de zèle et de la soumission respectueuse,  
que j'ai toujours conservée dans mon coeur et  
de

de vous rendre les justes hommages d'un de  
vos plus humbles et plus fideles sujets. Ac-  
ceptez, MONSIEUR, d'un accueil gracieux,  
une dissertation que j'ai soutenue dans cette  
Academie et que je viens vous presenter dans  
la confiance qu'ELLE voudra bien avoir la  
grace de recevoir favorablement les premiers  
fruits de mes études consacrés et dévoiés à  
VOTRE ALTESSE SERENISSIME. Je m'esti-  
merois le plus heureux du monde, si j'étois  
en etat de meriter par là l'approbation et les  
pretieuses faveurs de VOTRE ALTESSE SERE-  
NISSE. J'addresserai mes très humbles prie-  
res au Tout-Puissant pour la prosperité de  
VOTRE ILLUSTRE PERSONNE et de VOTRE  
AUGUSTE MAISON. Mes voeux ardents se  
renouvellent avec le commencement de l'an-  
née pour VOTRE ALTESSE SERENISSIME et  
pour tous ceux qui en dependent. Ils s'ex-  
priment dans ce peu de mots, et contiennent  
tout ce qu'on peut souhaiter de bon et d'ex-  
cellent à VOTRE égard. *Dieu donne à VOTRE*  
*ALTESSE SERENISSIME des années.* C'est,  
MONSIEUR, tout ce que je vous souhaite  
au commencement de celle-ci et pour tous les  
tems. Car vous tirerez de VOTRE propre fond

ce

ce qu'on peut demander en VOTRE faveur,  
pourveuqu'une longue vie ne manque pas à  
VOTRE vertu. Dieu exauce mes prières et  
VOUS en fasse ressentir les effets. VOTRE AL-  
TESSE SERENISSIME me fera la grace d'être  
bien persuadée que je suis d'un zèle inviolable  
et avec le plus profond respect

**MONSIEUR,**  
DE  
**VOTRE ALTESSE SERENISSIME,**

Le très humble et très obéissant sujet  
GEORGE LOUIS SCHELHAS.



### §. I.



LVRIMOS nostra aetate, neglectis antiquae, et cultioris doctrinae studiis, ad interiores contendere litteras vi- deas: quam vero id faciant infelici successu, et quam parum hinc referant, quo communi inseruire possint utili- tati, ipsa habemus experientia compro- batum. Melius rebus consulunt suis, qui prisci aeui cultum in politissimis scriptoribus inquirunt, et comparatis sibi omnis humani- tatis praesidiis ad eius eruditionis laudem adspirare nitun- tur, quae sit et solidior, et ad publicum usum adcommo- dationis. Non paucis sane in Romanorum sapientum scriptis reperiuntur, quae ad ipsas adeo sanctiores disciplinas in- cumbentibus mirifice inseruiunt.

### §. II.

Non solum ad ius civile magnopere pertinet, sed va- ria quoque Christianorum sacra egregie illustrat illa PLI- NII, iunioris, quam ad TRAIANVM de rebus Christiano- rum scripsit, epistola, quae est nonagesima septima libri de- cimi, dum profanus homo de persequitionibus Christia- norum, de incrementis sanctissimae religionis, de Christi diuinitate tum credita, de innocentia vitae, et incredibili constantia, qua eluxerunt Christiani, de eorum coitionibus aut ad cultum Christo praestandum, aut ad capiendum ci- bum, de confoederata disciplina, et aliis testimonium de- derit,

A

derit,

derit, fide dignissimum. Quanti hoc fecerint veteris ecclesiae doctores; inde patet, quod ad illud in disputacionibus contra gentiles prouocare consueuerunt. Ita enim TERTULLIANVS in apologetico cap. II. Plinius Secundus quum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, qui busdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, allegans, praeter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo, et Deo, et ad confoederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, et cetera scelerâ prohibentes. EUSEBIUS hift. eccles. cap. XXXIII. eodem usus est, tanta, inquiens, et tam grauis plenisque in locis aduersus nosfros persequitio tunc temporis saeuebat, ut Plinius Secundus inter prouinciarum rectores celeberrimus, motus martyrum multitudine ad principem retulerit de numero eorum, qui fidei causa obtruncabantur; simulque indicauerit, deprehendisse se nihil ab iis impie, nihil aduersus leges aditari, nisi quod primo diluculo excitati Christo, tamquam deo, hymnos canerent. Ceterum adulteria, homicidia, et reliqua buiusmodi crimina illos etiam auersari, cunctaque ex praescripto legum agere. Eiusdem mentionem fecit PAVLLVS OROSIVS, AVGVSTINI discipulus, in historia, quam aduersus paganos confecit, lib. VII. cap. 12. cuius haec sunt verba, in persequendis sane Christianis errore deceptus Traianus, imperator tertius a Nerone, quum passim repertos cogi ad sacrificandum idolis, ac renuentes interfici praecepisset, plurimique interficerentur; Plinius Secundi, qui inter ceteros persequitor datus fuerat, relatu admonitus, eos homines, praeter confessionem Christi, honestaque conuenticula nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem grauem, ac formidolosam videri, rescriptis illico lenioribus mitigauit editis.

## §. III.

Digna ideo visa est haec epistola, quam aequa ac TRAIANI responsionem viri doctissimi commentarii suis separatim

ratiæ illustrarent. CONRADI RITTERSHVSII *commentarium*, Amberg.  $\text{c} \circ \text{Iocviii}$  primum vulgatum, Iohannes Veenhusius Plinii epistolis, quas Lugd. Batau.  $\text{c} \circ \text{Ioclxviii}$  variorum notis illustratas edidit, adiecit. FRANCISCI BALDVINI *commentarium ad edita veterum Principum Romanorum de Christianis* vna cum eiusdem lib. II. de Constantini imp. legibus ecclesiasticis et ciuilibus cum praefatione Lipsiae et Halae  $\text{c} \circ \text{Ioccxxvii}$  excudi denuo curauit NIC. HIERON. GVNDLINGIVS. GERHARDI IOH. VOSSI<sup>I</sup> *commentarius in epistolam Plinii de Christianorum persecuzione* prodiit Amstelod.  $\text{c} \circ \text{Ioclv}$  12. BALDVINI non minus, quam VOSSI<sup>I</sup> acroases iam laudatus VEENHVSIVS epistolis Plinii iunctas exhibuit. CHRISTIANI KORTHOLTI in Plinii et Traiani de Christianis primacuis epistolas *commentarius* publicatus est Kiloni  $\text{c} \circ \text{Ioclxviii}$  4. IOHANNES TESMARVS Marpurgi Cattorum.  $\text{c} \circ \text{Ioclxvxi}$  4. in lucem emisit processum gentilium in Christianos sub Traiano Cæsare institutum, et illustratum. Denique præter IOHANNIS CHRISTOPHORI ARTOPAEI philologiam loci Plinianae de cognitione instituta aduersus Christianos, KIRCHMAIERI, atque ALBINI dissertationes, habemus IVSTI HENNINGII BOEHMERI dissertationes iuris ecclesiastici antiqui ad Plinium Secundum, et Tertullianum genuinas origines præcipuarum materiarum iuris ecclesiastici demonstrantes, Lipsiae  $\text{c} \circ \text{Ioccxi}$ .

## §. III.

Plinius habuit patrem CAECILIVM, virtute, atque eruditione clarum, et auunculum, Plinium illum maiorem, qui rerum naturalium historiam elegantissime scripsit, a quo adoptatus lib. III. ep. 5. lib. VI. ep. 16. et 20, et a FABIO QVINCTILIANO, qui tum principatum eloquentiae tenebat, lib. II. 14. VI. 6. et 32. porro a NICETE SMYRNAEO, sophista, lib. VI. 6. et EVPHRATO, philosopho, lib. I. 10. ad praeclera omnia institutus, ipse ut doctrinae, ita virtutis cuiusvis laude exsplenduit. In primis facilis, humanus et liberalis, iustitiae vero et aequitatis adeo

studiosus fuit, ut in cognitionibus de Christianis eam magis administrauerit, quam alii iudices, quos odium in Christianorum nomen a recto longe facilius auerterit. Fuerunt quidem, qui PLINIVM opera TITI ad Christianam religionem adductum esse, contendunt, fulti narrationibus, quae leguntur in chronico FLAVII DEXTRI, et TITI actis, quae ZENA, legisperitus, cuius PAULLVS Tit. III, 13. meminit, scripsisse fertur. Ita enim ille, *Titus cognomento Iustus, episcopus factus, sequutus primo S. Paulum, mox Eugenium, praedicat in Carpetania, ubi eius memoria, magnitudoque miraculorum celebratur. Is Titus converterat ad fidem Plinium Iuniorem ex Bithynia, Pontioque redeuntem, in Creta, insula, ubi iussu Traiani templum Ioui exstruxerat.* Nec defunt, qui putent septima sextilis ad Novocomum esse passum. Huius vero verba sunt, quum die quadam transiret ante palatium, quod Secundus proconsul iussit imperatoris in Ioui nomine exstrubebat, maledixit illud, et statim opus funditus dilapsum est. Tunc Secundus venit ad Titum cum lacrimis rogans, se indemnum ab opere conferuari. Cui Titus imposuit, ut opus in nomine unius Dei Christianorum inciperet, ut sic opus perficere posset: quod et factum est. Completo vero opere, Secundus cum filio suo baptizatus est. Enim vero haec non minus ac ea, quae in Pseudo Damasceni sermone de defunctis p. 424. et vita Gregorii M. a Iohanne Diacono scripta II. 44. de TRAIANO memoriae prodita inuenimus, quod scilicet precibus GREGORII primi, pontificis Rom. in vitam reuocatus peccatorum veniam suorum impetraverit, inter inania antiquitatis commenta merito referuntur. Plures certe eiusmodi fabulas Pseudo Dexter ille protulit, v. g. quum scripsit, *Claudiam Proculam, vxorem Pilati, admonitam per somnum, in Christum credidisse, et salutem consequutam esse.* Habuit quidem PLINIVS duas uxores, Calphurniam lib. I. ep. 7. II. 2. III. 6. et 9. VII. 1. atque aliam, cuius nomen comprehendimus non habemus: vixit tamen sine prole, ideoque a TRAIANO ius trium liberorum, quod ad steriles bonitate principum prorogari solebat, impetravit lib. X. 2. Quomodo

A PLINIO REPRÆSENTATA

do igitur *cum filio*, quem non habuit, sacro lauacro ablui potuit? Num putares, PLINIVM templum, quod iussu imperatoris Ioui consecrandum erat, *in nomine unius Dei Christianorum* exstruxisse prius, quam sacris Christi initiatus erat? Fit quidem in Romano martyrologio mentio SECUNDI cuiusdam, qui die vi augusti cum aliis quinque martyribus capite truncatus pro Christo extremum supplicium passus sit: sed num ideo PLINIVS SECUNDVS intelligendus est? certe plures Secundi dicti sunt. Exstat de PLINIO antiquum epigramma, C. PLINIVS C. F. C. N. CAECILIVS SECUNDVS COS. AVGVR LEGAT. PRO PraET. PROVINC. PONTI CONSVLARI PO TESTATE IN EAM PROVINCIAM AB IMP. CAESARE NERVA, TRAIANO, AVG. GERMANICO MISSVS CVRAT. ALVEI TIBERIS ET PIPAR. PRAEF. AERARI SATVRNI PRAEF. AERARI MILIT. LEG. VI GALLIC. X VIR STILIT. IVDICANDIS. Exhibit VOLATERRANVS lib. XVIII. inscriptionem a Comensibus ciuibus clocccc LXXXVIII marmori incisam,

C. PLINIO CAELIO SECUNDO  
QVI CONSVLATV AVGVRATV MILITIAE  
GESTIS AC ORNANDIS CAVSSIS POEMATIBVS  
ET HISTORIIS CONFICIENDIS  
CAESAREM TRAIANVM AVGUST. LVCVLENTISSIME  
LAVDANDO ADFICIENDOQ. IMMENSA  
LIBERALITATE PATRIAM SVAM EIDEM  
IMMORTALE CONTVLIT ORNAMENTVM  
ORDO COMENSIS CONCIVI SVO DESIDERABILI  
HONORE ACCEPTO  
MONVMENTVM POSVIT.

M. CCC. LXXX. VIII.  
KAL. MAII.  
FVNCTVS ERAM SED TVM VETERI PRAECLARVS  
HONORE  
VIVEBAM PERII NVNC QVOQVE VITA MIHI EST.

Si PLINIVS fuisset Christianus, si mortem pro coelesti veritate oppetiisset; dubio procul in elogiis istis id adnotatum est: neque bona fide egissent Comenes, si ciuem suum praecipuo quodam honore priuassent. Explosit hanc fabulam MARCVS ZVERIVS BOXHORNIUS in hisbor. universali p. 163. seq. cuius verba IAC. THOMASIVS suae PLINII epistolarum editioni cum scholiis suis praemisit, et THOM. ITTIGIVS in diss. de patribus apostolicis p. 101. sq. Ex ipsis pontificiis vero PETRVS HALLOIX ad vitam Ignatii tom. I. illustrum ecclesiae orientalis scriptorum p. 423. Epistola PLINII de Christianis, et quod in ea inuenitur de eorum innocentia, atque integritate testimonium primis fabulae auctoribus talia persuasissime videtur, qui vero parum attenderunt, PLINIVM in eademi Christianam religionem vocasse *superstitionem prauam et immodicam*,

## §. V.

JOHANNES FVNCCIVS lib. V. commentariorum in chronologiam suam ad annum CX. scripsit, PLINIVM hanc de Christianis epistolam exarasse, quum Hispaniarum curam gereret. *¶* Enim vero TRAIANVS quidem Hispanus fuit, sed PLINIVM in Bithyniam ac Pontum proconsulari postestate et imperio, ut rationes publicas prouinciarum excuteret, misit. Praefuit itaque his prouinciis a XV. cal. octobr. anni, quam TRAIANVS ad imperii clauum accesserat, octauii; nono autem, vota decennalia precedente, hanc de Christianorum rebus epistolam scripsit, quae est LXXXVII. lib. X.

CAIVS PLINIVS TRAIANO  
IMP. S.

**S**Olemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito, ad te referre. *Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam instruere?* Cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio, quid et quatenus aut puniri soleat, aut quaeri. Nec mediocriter haesitavi, sine aliquod discri-

discrimen detatum, an quamlibet teneri, nihil a robustioribus  
 differant; deturne poenitentiae venia, an ei, qui omnino Christia-  
 nus fuit, desisse non proficit: nomen ipsum, etiamque flagitiis ca-  
 reat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur. Interim in  
 iis, qui ad me tamquam Christiani deserebantur, hunc sum se-  
 quutus modum. Interrogavi ipsos, an essent Christiani? Con-  
 stitentes, iterum ac terrio interrogavi, supplicium minatus: per-  
 severantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecumque  
 esset, quod faterentur, perucaciam certe et inflexibilem obstinatio-  
 nem debere puniri. Fuerunt alii similes amentiae: quos quia  
 ciues Romani erant, adnotauit in urbem remittendos. Mox ipso  
 tradidit, ut fieri solet, diffundente se crimine, plures species  
 inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum no-  
 mina continens: qui negarent, se esse Christianos, aut fuisse,  
 quum praeeunte me deos appellarent, et imaginis tuae, quam  
 propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, ture  
 ac vino supplicarent, praeterea maledicerent Christo: quorum  
 nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reuera Christiani. Ergo di-  
 mittendos putauit. Alii ab indice nominatis esse se Christianos  
 dixerunt, et mox negauerunt: fuisse quidem, sed desisse, qui-  
 dam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam  
 ante viginti quoque. Omnes et imaginem tuam, deorumque  
 simulacra venerati sunt, ii et Christo maledixerunt. Adfirma-  
 bant autem, hanc fuisse summam vel culpae suae vel erroris,  
 quod essent soliti statu die ante lucem conuenire, carmenque  
 Christo, quae Deo, dicere secum inuicem sequere sacramento, non  
 in scelus aliquod obstringere, sed ne farta, ne latrocinia, ne ad-  
 alteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appella-  
 ti abnegarent; quibus peractis, morem sibi discendenti fuisse  
 rursusque coenari ad capiendum cibum, promiscuum tamen, et  
 immixtum: quod ipsam facere desisse post edictum meum, quo  
 secundum mandata tua betaeris esse veterum. Quo magis  
 necessarium credidi, ex duabus ancillis, quae ministrae diceban-  
 tur, quid esset veri et per tormenta quaerere. Sca nihil aliud  
 inueni, quam superstitionem prauam et immodicam, ideoque,  
 dilata cognitione, ad consulendum te devirri. Visa est enim  
 mihi

mibi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum, et vocabuntur: neque enim ciuitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio peruagata est: quae videtur sciti et corrigi posse. Certe satis constat, prope iam desolata templo coepisse celebrari, et sacra solempnia diu intermissa reperi, possimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus evator inueniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit poenitentiae locus.

## §. VI.

Tribus tota epistola absolvitur partibus. Prima continet propositionem, qua consulit TRAIANVM, an aetate infirmi, an quos poeniteat, Christianos se fuisse, an solum nomen in iis, qui nullius flagitii sint rei, debeant puniri? Altera pars exhibet narrationem, qua refert PLINIVS, et quam viam fuerit ingressus in cognoscendis Christianorum causis, et quid de fide et vita cognoverit Christianorum, et quanti sit momenti quaefcio, de qua Caesarem interrogaret. Pars denique tertia est *sua*, sive *consilium*, qua exponit, quid existimet expedire, scilicet, ut pertinaces quidem puniantur, sed qui religionem Christianam deserant, et gentilem denuo amplectantur, iis detur venia.

## §. VII.

Nos iam primum oculos conuertimus ad persecutio-  
num severitatem, atque tyrannidem, qua saeuebant pro-  
fani homines in innocentes Christi sectatores. Decem  
AVGVSTINV S lib. XVIII. de ciuitate dei cap. LIII. et cum eo  
plerique adserunt fuisse persecutio-nes, ab imperatoribus  
superstitioni gentilium addictis in Christianos decretas,  
atque ab horum praefectis per orbem Romanum excitatas,  
et continuatas. Primus Christianorum nomen tollere ad-  
gressus est NERO, in quo quidem TERTVLLIANVS c. V.  
apol. EVSEBIUS lib. II. histoi. cap. 24. multum gloriatu-  
r, quod omnes perspectum habebant, hunc tyrranum *nominis*  
*grande*

*grande aliquid bonum dammare posse.* Occasionem CORNELIUS TACITVS XV. annal. cap. 44. recenset. NERO, elapsō scilicet quinquennio, quo maxime praeceptis SENECAE auscultabat, in omnia mala discessit, et non tantum voluptatibus quibuscumque, et portentosis libidinibus se immersit, verum etiam ipsam Romanam, missis in varias eius partes ministris, incendit, vt ex XIII. regionibus vix IIII. superessent. Qua ex re quum magnam sibi inuidiam confluisset; eam a se amoliri, atque in Christianos, homines plane innocentes, deriuare conatus, hos exquisitissimis poenit adfecit. Multi sane interierunt aut ferarum tergis contecti laniatu canum, aut crucibus adfixi, aut taeda, papiro et cera circumdati, atque ad ignem admoti, vt loco lumen nocturnorum lucerent, aut alio immanitatis genere: in primis autem Petrum, Paullum, Iacobum minorem, Philippum, Barnabam, aliasque viros diuinos, diuersis quidem in locis, et diuersa supplicii ratione haec prima absumsit Christianorum persecutio. VESPASIANO, eiusque filio TITO, imperantibus, pacatior erat Christianorum status: DOMITIANVS vero, vt scriptum reliquit EUSEBIUS lib. III. hist. cap. 13. secundus fuit, qui contra Christianos persecutio*nis incendium excitauit.* Quo saeuiente, Iohannes, quum in seruentis olei dolio illaeus mansisset, in insulam Patmon, vbi apocalypsin consignauit cap. I, 9. sqq. relegatus vid. TERTULLIANVS lib. de praescript. cap. XXXVI. HIERONIMVS comm. in cap. XX. Matth. Timotheus vero, Onesimus, Dionysius Areopagita, si NICEPHORO CALLISTO lib. I. hist. cap. XXI, credimus, Flavius etiam Clemens, vir consularis, et Domitiani patruelis, propter fidem Christianam occisi; huius vero vxor Flavia Domitilla et neptis eiusdem nominis cum aliis in Pontiam, insulam, extrusae sunt. NERVA, vt DIO testatur lib. LXVIII, cum exsules Christianos, in quibus et Iohannem fuisse, EUSEBIUS lib. III. hist. cap. 16. tradit, in patriam reuocauit, tum edictio vetuit, ne liceret, aut impietatis, aut Iudaicae sectae quemquam deinceps insulari. Qui NERVAE successor TRAIANVS, optimus quidem a senatu

B

Roma-

11191

Romano iudicatus est, ut adeo principibus eum excipiētibus adclamatū sit, felicior Augusto, melior Traiano: sed in Christianos minus fuit propitius. Tertia enim sub eo contigit Christianorum persequutio: de qua quum PLINIVS agat; videndum nobis erit, quae illius fuerit ratione tam ante PLINII consultationem, quam post acceptam a TRAIANO responsionem. Quae enim percessi sunt Christiani sub HADRIANO, ANTONINO PIO, aliisque subsequentibus imperatoribus, ceu ab instituto nostro remota, iam praetermittimus.

### §. VIII.

Quum PLINIVS de iis cauissis, quae lib. X. ep. 29. 41. et 118. reperiuntur, in Pontum, et Bithyniam missus esset; non nisi casu quodam in cognitionem de Christianis incidit. Quam in Christianos saevitum sit Neronis, et Domitiani tempore, fugere PLINIVM non poterat, qui partim annales familiaris sui, CORN. TACITI lib. XV. cap. 41. legerat, partim ipse Romae supplicia Christianorum contemplari poterat: sed cognitionibus de Christianis nunquam se interfuisse, testatur. Igitur non fuit ex iudicium numero. Licet enim praeturam iam sub Domitiano gesserit, quaestiones tamen eiusmodi capitales meri erant imperii, nec cum iurisdictione praetoris commune quid habebant: nisi quod probabile videatur, crimen religionis Christianae inter extraordinarias praetorum cognitiones Romae fuisse relatum. Neque TRAIANI ante PLINII relationem certum de Christianis persequendis edictum existit, quod patet ex verbis, *solemne est mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre.* Quodsi a TRAIANO Christianorum causa iam definita esset; non potuisset PLINIVS dubitare, quid in cognitionibus de iis agendum maxime sit. Religiose autem obseruauit PLINIVS, quod leges praecipiebant, ut causae dubiae ab inferioribus iudicibus ad maiorem potestatem referantur, atque, ceu patet ex toto libro epistolarum X. de quaestionibus, casibusque dubiis, et ambiguis, dilata interim

terim cognitione, et sententia sua, imperatorem consuluit. Merito autem haesitauit PLINIVS primo, quod videbat, omni aetatis discriminе posthabito, in ipsos teneros pueros puellasque, Christianos, crudeliter sacuiri: Romani enim I<sup>CTI</sup> magnum aetatis discriminе in irrogandis poenis obseruandum esse, monent, et accurate definitiunt, quae sit delicti capax; et si talis etiam fuerit, nihilominus volunt, minorēm XXV. annis miseratione iudices flectere posse ad statuendam poenam mitiorem. Ideo LACTANTIVS lib. V. diu. instit. cap. 13. hoc crudelitatis genus, quo in teneros grassabantur, sic exprobrait, *nostri pueri, et mulierculae tortores suos taciti vincunt, et exprimere illis genitum nec ignis potest;* itemque LANVARIVS apud MINVCIVM FELICEM, *pueri, inquieti, et mulierculae nostrae crucis, et tormenta, feras, et omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris illudunt.* Huc spectant etiam, quae in epist. LXXVII. et LXXXI. C<sup>R</sup>FRIANI, et serm. XXXVII. AVG<sup>V</sup>STINI leguntur: exempla vero inueniuntur apud PRUDENTIVM hymn. XIII. v. 655. seqq. EVSEBIVM histor. lib. III. cap. 15. V. I. VI. 41. VIII. 7. Quae quum et legibus, et aequitati aduersari existimaret PLINIVS, rem ad caesaris iudicium deferendam censuit. Enim vero huic dubitationi TRAIANVS non respondit. Displicuisse ipsi hoc, quod, ut paulo post PLINIVS ait, *omnis aetatis, et viriusque sexus homines in periculum vocentur,* facile concesserim: interim quum, quid sentiret, epistola non expresserit; nullum est dubium, quin iniqui præfides, et iudices hoc saevitiae genus in teneram aetatem etiam posthac exercuerint. Nam apud EVSEBIVM legimus lib. V. histor. cap. 1. in epistola ecclesiae Lugdunensis, puerum quemdam Ponticum, vix annos XV. natum, cum marre Blandina, propter religionem Christianam, crudeli suppicio intererunt esse.

## §. VIII.

Altera PLINII dubitatio fuit, *deturne poenitentia via, an ei, qui omnino Christianus fuerit, defisse non profit.* Sciebat

Sciebat PLINIVS, neminem poenitentia sua nocentem esse desinere: et quum nec furi prodesset, si ad euitandam poenam ante iudicium restituisset raptum, nec seruo fugitiuo, qui ea mente discesserat, ne ad dominum rediret, tametsi postea, mutato consilio, esset reuersus: forte existimauit, obnoxios esse nihilominus poenis mandati imperatorii de hetaeris eos, qui a Christiana religione ad gentilem denuo transiissent. Sed satius tamen ipsi videbatur, dari poenitentiae locum, quod ea re magna hominum turba emendari, ut sub finem epistolae scribit, atque in vita conseruari possit. Tantum enim videbat periclitantium numerum, ut propemodum exhaurienda fuerit prouincia, si in omnes animaduerteretur. EVSEBIVS quidem hist. eccles. lib. VIII. c. 4. testatur, urbem quamdam Christianorum in Phrygia milites armatos obfusione cinxisse, iniecioque igne totam, una cum viris, et mulieribus, et parvulis, CHRISTVM omnium Deum inuocantibus, concrenasse; quod LACTANTIVS etiam lib. V. cap. II. diu. inst. ita narrat, aliqui iudices ad occidendum prascipites exstiterunt: sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conuenientulo concremauit: sed alii multitudinem Christianorum considerantes, praevidebant, omnem pene delerum iri rem publicam, si sine discrimine omnes neci tradiderint. EVSEBIVS hist. eccles. lib. VIII. cap. 4. Solebant quidem Romani ex magno reorum numero saepius decimum quemque sortiri, qui poenas daret: sed ipsa quoque decimatione magnam hominum turbam et viuis tolli, necesse erat, quod tota ferme prouincia ad Christianorum sacrarise contulerat. Hinc TERTVLLIANVS ad Scapulam cap. V. quid facias de tantis milibus hominum, tot viris ac feminis, omnis sexus, omnis aetatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? quantis ignibus, quantis gladiis opus erit? quid ipsa Carthago passura est decimanda a te? cet. Quae cuncta quum expendisset PLINIVS, existimauit, spe veniae impetrandae multos a fide Christiana defectuos, quum in animis hominum non minus impunitatis fiducia, quam suppliciorum terror permultum valeat.

Neque

Neque haec ipsum opinio omnino fecellit: nam in epistola eccl. Lugdunensis apud EVSEBIVM lib. V. histor. cap. I. relatum legimus, in persecutione Gallica sub Marco Antono, quum perfidi Christi desertores eamdem cum veris martyribus experti essent sortem, neque propterea, quod Christo maledixerint, poenas effugerint, ceteros, haec videntes, magnopere confirmatos fuisse, nec cogitatione quidem consilium, et suggestionem daemonis admisisse. Tribus vero de caussis PLINIVS spem concepit, futurum, ut si poenitentibus venia impetratur, multi deferant sacra Christianorum. Prima est, quod iam desolata templo denuo coeperint celebrari; altera, quod sacra solemnia, diu intermissa, repetantur; tertia, quod passim veniant victimae, quarum adhuc rarissimus emor inuenitus sit. Metus enim supplicii non paucos ad idolorum cultum reduxisse videtur: nam et PAVLVS Galararum turpem iam inde ab initio fuisse ~~admodum~~ scribit, et PLINIVS in hac ipsa epistola testatur, se reperisse tales, qui esse se Christianos dixerint, et mox negauerint; alios qui confessi sint, se fuisse quidem Christianos, sed defesse, quosdam ante triennium, quosdam ante plures annos, non neminem etiam ante virginem quoque. Hi vero omnes ad deorum templa reveri sunt, et intermissa sacra repetierunt. Quo autem plures alliciantur, auctor est Traiano Plinius, ut redeuntibus spes impunitatis proponatur. Nam ipse ita statuere non audebat, quoniam principis est, non iudicis inferioris, condonare poenas, quae non inter arbitrias referuntur. Itaque et CICERO contendit, poenae depreciationm non in iudicio, sed in senatu locum habere. Neque hoc consilium Traiano dislocuit: ita enim rescripsit, se velle, ut qui negauerit, se Christianum, idque re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando diis quamvis suspectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetreret. Videtur autem Traianus, dum scribit quamvis suspectus in praeteritum fuerit, plus in animo habuisse, quam expressit: non tantum enim suspectus antea, sed et iis, qui palam fuissent Christiani, veniam ex poenitentia vult dari.

B 3

Qua

Qua lenitate non tantum Traianus, sed alii quoque imperatores, praesertim Valerianus, vni sunt: quod patet ex EVSEBIO lib. VII. cap. II. vbi Aemilianus, Aegypti praefectus, miti oratione, ad Dionysium Alexandrinorum episcopum, aliasque habita, principum humanitatem praedicat, qua Christianis ficerint potestatem retinendae salutis, dummodo deos imperii adorare velint, tandemque addit, τι  
δν Φατε πρὸς τάυτα; οὐδὲ γαρ σχαρίσγε οὐμᾶς ἐπειδὴν περὶ τὴν φιλαθεωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδὴν εἴπει τὰ θελήματα προτέσπενται. Quid ergo ad haec dicitur? Neque enim vos ingrato animo fore, spero aduersus eorum clementiam, quippe quum ad meliora vos traducere conentur.

## §. X.

Vt autem Plinius sciret, an vere, et ex animo dixissent, qui se Christianos vel esse, vel fuisse vnde quam, inficias iuiscent; praecipit, vt deos appellarent, eorumque simulacula venerarentur. Quod Traianus in responsione approbavit, dum voluit, ut, qui negauerit, se esse Christianum, id re ipsa etiam manifestum faciat, id est supplicando diis: neque enim verbis solis fidem habendam esse, iudicauit. Praeter vero numinum simulacula Plinius adferri, quoque iussit Traiani imaginem, eum quidem in finem, vt ture, ac vino ei supplicarent. Nimia certe est Plinii assertatio, qui Traianum inter deos refert, de quo tamen in panegyrico dixit cap. II. nusquam vt deo nunc, nusquam vt numini blandiamur, et quem laudat cap. LII. quod delubra ingredetur, non vt adoraretur, quemadmodum Domitianus fecerat, sed vt adoraret: quodque statuas deprecaretur, et vnam tantum, aut alteram, eamque aereum, in vestibulo templi Capitolini stare voluisset. Traianus vero hoc in responsione praetermisit, et a poenitentibus tantum vult supplicari diis, potius ne modestiae limites transgredi videretur, quam quod hic homines ipsi omnino displicerent. Hoc enim si fuisset, dubio procul diserte hunc cultum recusasset, eumque sibi in postrem tribui, prohibuisset. Sic etiam Julius Caesar, itemque

Augustus

Augustus templum sibi exstrui, diuinosque haberi honores, passi sunt, ut constat ex DIONE CASSIO lib. XXXXIII. SVETONIO in vita Claudi cap. XI. HORATIO lib. I. od. 2. lib. III. od. 3. lib. IIII. de Ponto eleg. 7. PROPERTIO lib. III. eleg. 3. et aliis. Elatius autem se gesserunt alii imperatores, qui diuinam maiestatem sibi aperte vindicarunt: Domitianus enim, teste SVETONIO in vita eius c. XII. quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic coepit, DOMINVS ET DEVS NOSTER SIC FIERI IVBET, et C. Caligula, ut item SVETONIVS in vita eius cap. XXII. refert, simulacra numinum religione, et arte praecclara, inter quae Olympici Iouis, adportari e Graecia iussit, quibus, capite demto, suum imposuit, saepeque inter fratres deos medium se adorandum adeunibus exhibuit, et templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatis-simas hostias instituit. Manifesta autem Plinii ea in re astuta, quod inter deorum simulacra imperatoris imaginem collovari iussit: putabat enim ita futuram, ut Christianos facilius ad numinum cultum adduceret, quod sciebat, hos caesares magnopere venerari, iisque omnia felicia adprecarri solere. Pari fraude vsum esse Julianum, apostamat, GREGORIVS NAZIANZENVS inuectiua I. in eum queritur, ο δε τι, inquiens, μηχανάται, καὶ τίνα τῶν χριστιανῶν τοῖς σερροτέροις ἵπποι δόλῳ; ὀπωρεὶς οἱ τοῖς Βερβασι καταμιγῦντες, τὰ δηλητήρια, μιζαὶ ταῖς ἐξ ἔθνεων τῶν Βασιλέων τιμῆς την εἰσέβιαι, καὶ εἰς ἐν αὐγαγεῖν γόμες Ρωμαῖοι καὶ εἰδώλων προσκύνοντο. Quid autem communisicitur Julianus, et quam firmioribus Christianis fraudem necit? nimurum, quemadmodum qui cibis toxicum admiscent, ita hic vñtris imperatorum honoribus impieratē admiscere instituit, legesque Romanorum cum idolorum adoratione coniungere. Fuerunt etiam praefides, qui, quum decesserit caesaris imago, imperarent, ut in testimonium repudiae religionis Christianae aut per fortunam, aut per genium caesaris iurarent, ut fecit ille Asiae praeses, qui Polycarpum vexauit. Fusius de cultu eiusmodi mixto egit yossivs in praeclaro op. de idololatriæ paganicae origine et progressu.

§. XI. Quod

## §. XI.

Quod ad rationem *ture et vino supplicandi* attinet; notum est, etiam in sacrificiis veteris testamenti tuis, vi- numque adhibitum fuisse ex mandato diuino. De ture Leuit. II, 1. 16. V, 11. XXIII, 7. de vino Leuit. XXIII, 13. Num. XV, 5. praeceptum est. Totam sacrificandi ratio- nem, ut a vero summi numinis cultu ad idolorum venera- tionem transtulerunt gentiles; ita et morem ture et vi- no supplicandi. Hinc idolorum cultoribus exprobatur, Deut. XXXII, 38. ~~בְּשִׁירֵי יָהּוָה~~ biberunt vinum liba- minis eorum. Diues focus aceruos turis ingesserunt, tura- que acerra et lance plena dederunt. Hinc MARTIALIS lib. VII. epigr. 54. v. 5.

Consumsi salfasque molas, et turis aceruos.

VIRGILIUS lib. V. aeneid. v. 745.

Et plena supplex veneratur acerra.

OIDIVS lib. IIII. de Ponto eleg. VIII. v. 39.

Nec quae de parua pauper dis libat acerra.

Tura, minus grandi quam data lance valent.

vid. etiam HORATIVS lib. III. carmin. od. 8. v. 2. TIBVL- LVS lib. IIII. eleg. VI. v. 1. MARTIALIS lib. IIII. epigr. 45. v. 1. Pauperiores vero grana tantum aliquot, vel glebulas et micas, hoc est, contusa grana et fracta, vel concussa et eli- sa, summis iniecerunt digitis. Ita PLAVTVS Poenulo act. II. sc. I. v. 3.

Qui vllum turis granum sacrificauerit.

OIDIVS lib. III. trist. eleg. XIII. v. 16.

Micaque ait, solemnni turis in igne sonet.

PLINIVS lib. XII. hist. nat. c. 18. Aestimentur postea toto orbe singulis annis tot funera, aceruatimque congesa honori cadaue- rum, quae dis per singulas micas dantur. Sola autem mascula tura adhibebantur, vnde VIRGILIUS eclog. VIII. v. 65.

Verbenasque adole pingues, et mascula tura.

Quae

Quae haec fuerint, explicat PLINIVS lib. XII. cap. 14. Quod ex eo rotunditatem guttae pependit, masculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, ubi non sit femina: religioni tributum, ne sexus alter usurperur. Masculum aliqui putant a specie testium dictum. Haec tura summis digitis, duobus aut tribus, in focum fuisse coniecta, discimus ex pluribus poetarum dictis, ceu OVIDII lib. II. fast. v. 573.

Digitis tria tura tribus sub limine ponit.

Clarius hunc ritum descripsit LACTANTIVS lib. I. c. 20. Colunt ture, ac summis digitiis, quae sensibus intimis colere debuerunt, et lib. V. cap. 19. Nam cruciari, inquit, atque interfici malle, quum tura tribus digitis comprehensa, in focum iactore, tam ineptrum videtur, quam in periculo vitae alterius animam magis curare, quam suam. Sed et vino sacrificandum erat Christide fugis, ut loquitur PRUDENTIVS hymn. I. 42. vnde ARNOBIVS merum turis socium dixit. Videmus ideo in LIVIO lib. X. cap. 23. et XXIII. cap. II. OVIDIO lib. I. fast. v. 172. lib. IIII. v. 935. lib. III. de Ponto eleg. I. v. 162. aliisque scriptoribus vinum et tus iungi, quum diuinae rei mentionem faciunt. Adferebant autem pateris: ita enim VARRO lib. IIII. de ling. lat. cap. 26. Praeterea in poculis erant patræ, eo quod pateant, latine ita dictæ. Et mox, et in sacrificando diis, hoc poculo magistratus dat deo vinum. HORATIVS lib. I. carm. od. 19. v. 14.

Verbenas, pueri, ponite, turaque  
Bimi cum patera meri.

Vinum purum requirebatur: spicum, hoc est, cui aqua admixta, defrutumue, aut igne tactum, itemque mustum, antequam deferuferetur, reiiciebatur. Vinum nouum, quod, antequam gustaretur, sacrificii caussa ex dolio demebatur, calpar vocabatur: solebant enim loui prius sua vina libare, eamque ob caussam vinalia celebrare. Neque licebat diis vina libare ex imputata vite, aut fulmine tacta, quamque iuxta hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis

neratis pedibus calcata, quaeque circumcisus vinaceis profluxerint, aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta sint, ut constat ex PLINIO lib. XIII. cap. 19. Qui hac ratione tura dederant aris, siue altaribus, siue flammis, siue focis, his enim formulis vtebantur, BRISSONIVS de form. pop. Rom. solem. lib. I. cap. 38-41. ii turificati, et sacrificati dicebantur, CTPRIANVS epist. LII. et LV. actus vero ipse atturatio vocabatur: contra qui libello a magistratu, post pretium adnumeratum, impetraverant, ne id facere aut confessionem omnino edere cogerentur, libellarici dicti sunt: quamquam alii eos libellaticos vocent, qui tura quidem idolis non incidissent, nomina tamen per libellos dedissent inter paganos. Minime vero Traianus, et Plinius iis artibus, quas adhibuit Julianus, vni sunt, quo a Christianis impetrarent, ut tuis adolerent. Ille scilicet militibus quum obtulisset donatiuum ea lege, vt suffitum facerent; nonnullos Christianorum, fraudem non animaduerentes, adduxit, ut tuis darent: qui tamen, quum de amissio criminis admonerentur, statim se paratos imperatori sistebarunt ad expiandum suo sanguine peccatum, et si hic martyri gloriam ipsis inuidereret, eosque tantum in exiliu mitteret. NAZIANZENVS in eelia I. in Iul. apof. Alii super aram extendere manum supinam iussérunt, eique prunas, et tuis imposuerunt, vt, si doleat, manumque inuertat, hoc ipso sacrificasse videatur. CHRYSOSTOMVS homil. LXXXII. et BASILIVS M. homil. XVIII. Multo minus nostri Christianos obtorto veluti collo ad supplicandum diis, et sacrificandum protraxerunt, quod ab aliis imperatoribus factum esse, liquet ex appendice lib. VIII. Eusebiani cap. 9. vbi edictum Diocletiani exhibetur, magistris iniungens, vt cunctos, tam viros, quam mulieres, una cum seruulis et infantibus, sacrificare, ac libare cogerent: quamquam illis saepe satis fuerit, Christianos vi ad aram rapuisse, tametsi ad sacrificandum eos nulla adducere possent ratione. EVSEBIVS hist. eccles. lib. VIII. cap. 3.

§. XII. Sed

## §. XII.

Sed non satis visum fuit Plinio, defectionem supplicatione et sacrificio probatam esse: voluit, ut *praeterea male dicerent Christo*. Iudeis iam ante solemne fuit, ad conuicia Christo facienda Christianos cogere: vt de semet ipso Paullus testatur, coegisse se fideles Θλασφημένον Act. XXVI, II, et IVSTINVS MARTTR apolog. II. memorat, Barchebam, Iudeorum in bello iudaico ducem, Christianos ad supplicia traxisse, nisi Christum maledictis incesserint. Dubio procul potissimum de iis hoc intelligendum est Christianis, qui antea Iudaei fuerant. Quorum in numero quosdam repertos fuisse iam Paulli aetate, αναστηγητας έπειται τὸν γὸν τῆς Θεᾶς, καὶ παραδεγματίζοντας, cruciadfigentes sibi filium Dei, et in eum exemplum edentes, ex cap. VI, epist. ad Hebreos v. 6. discimus: in quos vero diuinus vir hanc dixit sententiam, fieri non posse, vt ad μετάνοιαν iterum renouentur, scilicet quod repudiato vero seruator, iudecae denuo addicti religioni alium exspectent Messiam, quodque fiducia in futuro, qui non erat, Messia posita ipsis ne quidquam ad vitas correctionem, et salutis aeternae impetracionem prodesse poterat. Iudeos persequutores imitati sunt gentiles, et pari ratione Christianos ad maledicendum Christo induxerunt. Legimus apud EVSEBIVM lib. VI. cap. 21. in epistola Dionysii Alex. ad Fabium Antiochenum Christianis nusquam, non per viam publicam, aut per angportus incedere, aut noctu, aut interdiu licuisse, quum omnes ubique et adsiduè clamitauerint, quicumque impia verba proferre abnuisset, eum illlico trahendum esse flammasque utrincibus absumentum. Proconsul Asiae quum Polycarpum, in vincula coniectum, eo impietatis adigere conaretur, vt conuicia in Christum spargeret; cum forti, et constanti Christi sectatore sibi rem esse, sensit. In fragm. enim veteri epistolæ Smyrnensis ecclesiae, quod est apud EVSEBIVM lib. IIII. histor. eccles. cap. 14. relatuum legimus, proconsule Polycarpo imperante, λαζόρου τὸν χρυσὸν, conuiciare Christo; hunc vero respondisse, οὐδόκωντα

καὶ ἐξ ἣν δελένω αὐτῷ, καὶ ὅδεν με πόνησε, καὶ τῶς δύναμαι  
βλασφημῆσαι τὸν θαυμάτιον με τὸν σοῦσαντα με. Οὐδογία sex  
annis iam illi infarto, nec villa hacenus me iniuria adfecit.  
Et quomodo possem contumelioso loqui de rege meo, qui me  
hacenus seruauit? Ex quo adparet, non errasse in eo Pli-  
nium, quem scripsit, quorum, ut sacrificarent scilicet diis,  
et maledicerent Christo, nihil cogi posse dicuntur, qui sunt  
revera Christiani. Hinc Plinius collegit, qui talia facerent,  
non esse Christianos, ideoque eos dimittendos putauit.  
Notandum vero est, Traianum in responsione non vrgere,  
ut malediceretur Christo a Christianis: quod sane alicuius  
in homine gentili moderationis est.

## §. XIII.

Praedixerat Christus, futurum, ut, qui salutarem doctrinam  
sint sectaturi, ob solum nomen suum exosi fiant. Sic  
Matth. X., 22. ἔπειδε μαρτύρουν ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄντα  
με. Eritis omnibus iniicii propter nomen meum. Vid. etiam  
Matth. XXIII, 9. et Luc. XXI, 12. Hoc factum esse, si ab  
historiarum monumentis recedimus, ex sola hac Plinii  
narratione potest videri. Nolebant quidam gentiles fate-  
ri, se in Christianis solum odisse nomen; multaque ideo  
crimina ipsis impingebant, ut homicidi, incestus, et inpri-  
mis sacrilegii, quod deos, arque imperatores suo defrauda-  
rent honore: sed si ita se res habuisset, Plinius perperam  
egisset, quem Traiano hanc quaestionem proposuit, *nomen*  
*ipsum Christianorum, etiam flagitiis careat, an flagitia co-*  
*haerentia nomini puniantur?* Confuerunt gentiles hospita-  
torem nostrum vocare Chrestum, eiusque cultores Chrestia-  
nos: quem enim Chrestus seu χρήστος, hoc est, *benignus, vi-*  
*lis, inter nomina Romana fuerit, ceu patet ex marmoribus*  
*et CICERONE lib. VIII. epist. 2. ad diu. facile fieri potuit,*  
*ut, quem Christus, seu χρήστος, hoc est, vnde, et Christiani,*  
*seu vnde dicendum esset, quod εργασιον, et significationem*  
*ignorabant, dicerent Chrestus, et Chrestiani.* De quo  
LACTANTIVS lib. IIII. cap. 7. Exponenda huins nominis ratio  
est,

est, propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chrestum solent dicere. Facit autem TACITVS annal. XV.44. et Suetonius in vita Neronis cap. XVI. et in vita Claudi c. XXV. Christi, sub Pontio Pilato in crucem acti, Christianorumque, suppliciis adfictorum, mentionem. Sic in loco posteriori refert, Claudi Iudeos, impulsore Chresto, adsidue tumultuantes, Roma expulisse. PAULVS quidem CHRISTIANIS HILSCHERVS in diff. de Chresto, cuius mentionem Suetonius facit, quod ille non sit Christus, mundi seruator, cum SAM. MARESIO, ALEX. MORO, CHRISTIANO WORMIO, IAC. VSSERIO, ANT. DALEO, aliisque contendit: quos vero CHRISTOPHORVS AVG. HEVMANNVS in diff. de Chresto Suetonii, Ienae 1709. solide confutavit, et cum HVG. GROTI, IOH. SELDENO, PET. DAN. HVETIO, IOH. PEARSONIO, ANT. BTNAEO, et plerisque eruditorum locum hunc de Christo nostro accipiendum esse, probauit. Gloriosum autem sibi esse, crediderunt Christi ascœdae, sese Christians, et Chrestianos adpellari: quod indicat TERTULLIANVS apologeticus. cap. III. Christianus, ait, quantum interpretatio est, de vndione deducitur. Sed et quum perperam Chrestianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis est nostrum penes vos), de suauitate, vel benignitate compostum est. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Conferri meretur IVSTINVIS sub initium apologiae ad Antonium Plum, ubi ἐχθρὸι τῷ χριστῷ, qui Christo sunt inimici, ἀχειροί, inhumani, vocantur. De vera nominis Christiani significacione THEOPHILVS ANTIQHENVS lib. I. ad Autolycum ita differit, περὶ τῷ σὲ καταγέλαν με, καλέντα με χριστανὸν, οὐ δίδας, οὐ λέγεις ὅτι, τὸ χριστὸν οὐδὲ εὐχεντον, οὐδὲ ακαταγέλασον ἐστι. Quid tibi ludibrium debeo, dum me Christianum nuncupas? nescis, quid dicas: quia vniuersis nomen suave est, utile, minimeque risu dignum. Quibusdam interiectis addit, τοιγάρεν ἡμεῖς τόπο ἔμενεν καλύπτει τὸ χριστανὸν, ὅτι χριστεῖται ἔλαιον θεῖ. Certe nulla alia de causa Christiani nuncupatur, quam quod Dei oleo ungimur. Ideo IVSTINVIS M.

NVS M. *apolog. II.* hanc Christianorum adpellationem vocavit, *πάντιμον, καὶ ἐνδέξον, καὶ ζωτιούς πρεσβυτοῖς, venerandam, et gloriosam, ratiocinante adpellationem.* Quam amabile, honorificum, et consolationis plenum sibi reputauerint, de Christo suo se nuncupari, inter ipsa supplicia testati sunt, Christiani, quorum exempla celebrant *CHRIT. SOSTOMYS homil. XXXXV. EVSERIVS histor. eccles. lib. V, cap. I. BASILIVS M. homil. XX.* aliquae; ad omnes scilicet, referunt, tortorum interrogationes martyres tantum respondisse, *χριστιανός εἰμι, Christianus sum, siue χριστιανὸς εἰμι, Christiana sum,* neque proloquutos esse vel suum, vel gentis, aut ciuitatis, ex qua essent oriundi, nomen, nec utrum serui sint, an ingenui, ex qua orti patria, quam profiteantur artem, et similia; sed ad omnia sola salutaris huius nominis confessione misericordie se confirmabant, et quasi ostentabant. Quam gloriam ideo Christianis inuidiebat Julianus, et publica lege decernebat, ne Christiani, sed Galilaei, nominarentur, vid. *GREGORII NAZIANZ. orat. I, in Iul. apost.*

### §. XIII.

Traianus vero quid ad Plinii quaestionem rescripsit? conquiri Christianos non vult; *se tamen deferantur et arguantur, iubet eos puniri.* Quum nullam poenae causam addiderit; fatis clare significat, *nomen ipsum puniri debere, etiam si flagitiis careat.* Quam vero iniustum hoc sit, nemmo non vider; et Plinium hoc vidisse, indicat ipsa eius hesitatio. Qua de inaudita injustitia crebriores querelas passim apud priscae ecclesiae scriptores reperias. Audiamus unum *TERTULLIANVM. apolog. cap. II.* *Quum in omnibus nos aliter disponitis, quam ceteros nocentes, id unum contendo, ut de eo nomine, quo Christiani audimus, excludamus (excludimus enim, si facimus, quod faciunt non Christiani) intelligere potestis, non scelus aliquod in causa esse, sed nomen.* Paullo post, ideo torquemur conscientes, et punimur perseuerantes, et absoluimur negantes, quia nominis proelium est. Sub finem capituli addit, *quid de tabella recitatis Christianum?*

cur

*cur non et homicidam? - - - Porro cap. III. scribit, ira plerumque clausis oculis in odium hominis Christiani impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes, admisceant nominis exprobrationem. Bonus vir Caius Seius: tantum quod Christianus: item alius, ego Lucius, sapientem, repente factum Christianum. Idem l.c. se nominis odium est, quis nominum reatus? quae accusatio vocabulorum? nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infamum, aut impudicum. Erat autem moris, vt, quum de damnatis supplicium sumeretur, causa damnationis populo publice exponeretur per tabellam, vel vocem praeconis: hinc in epist. vet. eccles. Lugdun. et Smyrn. legimus, Attalo, ad supplicium ducto, tabulam fuisse praelatam, in qua scriptum erat, HIC EST ATTALVS CHRISTIANVS, et in supplicio Polycarpi, iussu praesidis praecomen ter vociferatum esse, POLTCARPV CHRISTIANVM ESSE SE CONFESSVS EST.*

## §. XV.

Expositis iis, de quibus Traiani mandatum sibi extiteret, Plinius narrat, quam viam haec tenus institerit, in cognoscendis Christianorum caussis. Eos, qui Christiani numquam fuerant, vel esse desierant, facta numinum supplicatione et maledictione Christi, dimisit: quorum erant plures species: alii negarunt, se umquam Christianorum casta sequitos esse: alii se fuisse Christianos, sed desuisse, contenderunt: alii dixerunt, se esse Christianos, mox vero acerbitate suppliciorum territi negarunt. Qui desierant Christiani, causam suam eo defenderunt, quod ante, quam persequutio Traiani coepisset, desierint: quidam ante tres annos, quidam ante plures, non nemo, id est aliqui vsitissimi veteribus loquutione, ante viginti quoque. Quod ad hos attinet; videntur prouocasse ad proscriptionem criminum, quum de falso, aliisque criminibus post viginti annorum interuallum accusari, nec puniri iure Romano quis debebat: idque hanc ob causam constitutum videtur, quod qui per hunc temporis decursum a delicto se abstinuit, iam

iam serio se emendasse videtur, vt merito gaudeat posterioris vitae innocentia. Ceterum RITTERSHVSIO non placet etiam quoque in vno commate coniungi: et sane videtur viginti quinque legendum esse. De iis, qui dixerunt, se esse Christianos, et mox negarunt, obseruandum est, a iudicibus certum diem praesitutum fuisse, intra quem abnegarent fidem Christianam, vt adparet ex CTPRIANI sermone V. de lapis, quum dies, inquit, praesitutus excessit, quisquis professus intra diem non est (scil. se abnegare Christum), Christianum se esse, confessus est. Neque mirum, repertos fuisse, qui per imbecillitatem humanam, vt effugerent facitiam iudicium, et destinata tormenta, ad diem constitutum ad abnegandum se paratos exhibuerint.

## §. XVI.

Plurimi vero constantiam suam probarunt: de quibus CTPRIANVS l. c. Explorandae fidei praefiniebantur dies: sed qui saeculo se renunciasse, meminir, nullum saeculi diem nouit, nec tempora terrena iam computat, qui aeternitatem de Deo sperat: additque, tales nec praescripta exilia, nec destinata tormenta, nec rei familiaris damna, nec corporis supplicia terriuisse. In quibus Plinius hunc sequutus est modum. Interrogavit ipsos, an essent Christiani. Quum auctor nomen detulisset; ab interrogatione praetor initium sumere solebat. Temerarium est Plinii factum, dum iudicium exercet in re, quam non intelligebat. Quid enim iniquius, quam incognita, atque inexplorata cauſa, cum iudicare? odisse homines, quos haud nouerat? punire denique intrepide confitentes, se Christianos esse, priusquam liqueret, quid mali, boniue prae se ferret Christiana religio? Confitentes enim quum Plinius iterum, ac tertio interrogaret; supplicium minabatur: perseverantes duci iubebat. Ne scilicet praecepitare viderentur iudices; saepius reos interrogabant. Et erant interrogations reorum haud minima iudiciorum publicorum siue criminalium pars: vnde etiam aliquando tota accusatio dicta fuit interrogatio. Facile autem concesserim, Plinium ideo etiam iterum, ac tertio inter-

interrogasse Christianos, vt eos potius ad abnegationem Christi commoueret, atque ita in vita conseruaret, quam vt eliceret responsonem, qua fidei constantiam testificarentur, ipseque inde occasionem acciperet supplicii de iis sumendi. At non adprobanda est Plinii comminatio, quam interrogationi adiecit: religio enim cogi nec potest, nec debet. LACTANTIVS lib. I. *instir.* cap. 30. Solebant scilicet praesides, qui a sanguine Christianorum abhorrebant, primo blandis verbis, tum vero, si illis nihil proficerent, minis vti. TERTULLIANO ad Scapulam cap. IIII. teste, Cincius, seu Cingius, vt Lampridio in vita Commodi dicitur, Seuerus Thriftri ipse dedit remedium, quomodo responderent Christiani, ut dimitti possent. Sic alius proconsul Germanicum adolescentem, et Polycarpum senem humanissime compellauit, illum vt florenti, hunc vt decrepitae parceret aetati. EVSEBIVS lib. IIII. cap. 15. haec, et lib. VII. cap. II. lib. VIII. cap. 9. et 10. alia litteris confignauit. Erant autem praetorum voces fere hae, serua animam tuam; noli animam tuam perdere; tui ipsius miserear; tuae aetati et adolescentiae consulas; vxoris, liberorumque habeas rationem; quidnam malum est dicere, domine caesar, et sacrificare, atque ita euadere incolunem. PRUDENTIVS hymn. VIII. 47. practorem virginem Eulaliam ita adloquenter adducit,

*Quam cuperem tamen, ante necem  
si potis est, revocare tuam,  
torua puellula, nequitiam.  
Respic, gaudia quanta metas,  
quae tibi fert genialis honor.  
Te lacrimis labefacta domus  
prosequitur, generisque tui  
ingemit anxia nobilitas:  
flore quod occidis in tenero  
proxima dotibus, et thalamo.  
Non mouet aurea pompa tori?  
non pietas veneranda serum,  
quos temeraria debilitas?*

D

Sed

Sed idem, ut Plinius noster, minas subiunxit,

*Ecce parata ministeria  
excruciabilis exitii!*

*Aut gladio feriere caput:  
aut laniabere membra feris:  
aut facibus data famificis  
flebiliterque vulturanda tuis  
in cineres resoluta fluis.*

Quodsi vel lenitate verborum, vel comminatione suppli-  
ciorum Christianum ad eurandam fidem adegissent, magnae  
id sibi ducebant gloriae. LACTANTIVS lib. V. cap. II.  
testatur, se vidisse in Bithynia praesidem, gaudio mirabiliter  
elatum, tamquam barbarorum aliquam gentem subegisset,  
quod vnum, qui per biennium magna virtute restiterat,  
postremo cedere visus est. Hinc adeo confessos, praeposte-  
ra ratione, tormentis ad negandum compellere studie-  
runt, quod Septimius Scapulae, Africæ praesidi, libro ad  
ipsum scripto cap. III. exprobrat, *quid amplius tibi manda-  
tur, quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tor-  
menta reuocare?* videtis ergo, quonodo ipse vos contra manda-  
to faciat, ut confessos negare cogatis. CYPRIANVS alium  
Africæ proconsulem, Demetrianum, ita adloquitur, nunc  
vero quum sponte confitear, et clamem, et crebris, et reperiis  
identidem vocibus Christianum me esse, contestem, quid tormen-  
ta admoues confitenti, et deos tuos, non in abditis, et secretis  
locis, sed palam, sed publice, sed in foro ipso, magistratu, et pra-  
esidibus audiencibus, destruenti?

### §. XVII.

Sed Plinius noster perseverantes duci iussit. Visitatum  
fuit hoc verbum, quum vel in ius, vel in carcerem, vel ad  
supplicium aliquem abripi, significaretur. Sic in actibus  
apostolorum cap. XII, 19. inquisitione facta de custodibus,  
Herodes eos iussit duci: verba Graeca sunt, ἀναγίνεται  
Φύλακας εἰπέτειν διπάχθην. SVETONIVS Calig. c.XXVII.  
flans intrat porticum a Caluo ad Caluum duci iubebat.

LACTAN-

LACTANTIVS de morti persec. cap. XXXX. innocentes duci iubentur. SENECA de ira lib. I. cap. 16. de Pisone memorabilem refert historiam, vbi aliquoties haec formula iubere duci occurrit. Romanis octo generum fuerunt supplicia. Vnum in fortunis, quod fuit multa pecuniaria. Tria in corpore; primum vincula, compedes, manicae, catenae, boiae; alterum verbera, sive virgis, sive fustibus; tertium talio, quale Exod. XXI, 24. Matth. V, 38. oculus pro oculo, dens pro dentes reperitur, vnde retaliare. Tria ratione iuris: primum ignominia, vt si quis a censore notaretur; deinde exilium, quum aqua, et igni in patria interdiceretur, ideoque reus solum vertere cogeretur: alii ius quoque ciuitatis amitabant, alii ipsam etiam libertatem, et seruitutem subibant. Postremum supplicium erat morris. Adhibuerunt quidem contra Christianos exilii poenam, ceu docet exemplum Iohannis, qui in Pathmo exulauit, et alia poenarum genera; sed saepius eos capitali supplicio adfecerunt, quod factum est variis modis, lapidatione, vt in Stephano; gladio, vt in Paullo, apostolo, et Iacobo, Zebedaei filio; cruce, vt in Petro; viuicomburio, vt in Polycarpo; feris obiciendo, vt in Ignatio, aliisque crudelitatis, quo fauebant in Christianos, generibus. HENR. DODWELLVS diff. de paucitate martyrum, quae XI. est inter Cyprianicas, adseueravit, paucos tantum ob Christianam religionem raptos fuisse ad supplicium: sed contrarium testantur historiae antiquae monumenta, et gravissimorum auctorum, non tantum Christianorum, sed et gentilium enarrationes. Quo supplicii genere Plinius perseverantes in fidei Christianae professione mactauerit, non constat: hoc autem certum, quod eos ad mortem duci iussiterit. Sed quo iure? Audit reos quidem factum fateri: sed constanter defendere, se iure facere. Quod num ita se habeat, nec intelligit, nec inquirit: et tamen damnare audet. Eo magis haec hominis profani temeritas detestanda est, quod ipse subdubitasse videtur, vtrum vera, an falsa, bona, an mala forent, quae docerentur a Christianis: quod indicant verba, neque enim dubitabam,

tabam, qualemcumque esset certe, quod faterentur, quasi diceret, siue rectum, et verum, siue impium ac falsum sit. Peruicaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri, existimat. Peruicaciam vocat, quae vulgo dicitur contumacia. In quibusdam codicibus legitur *peritinacia*: vt cumque legamus; satis constat, Plinium constantiam Christianorum in profienda doctrina Christi et permanzionem in recta sententia, quae nec blandis verbis, nec minis flecti, et cuerti possit, indicare. TERTULLIANVS in *apolog.* cap. II. scribit, Plinium in Christianis accusasse obstinationem non sacrificandi. Enim vero religionem, de cuius veritate convictus sis, non abiicere velle, non est improbae obstinationis, sed piac ac laudanda constantiae. Ipsa adeo ratio exigit, quod Actor. V. 29. Petrus, in iudicio caussam dicens, respondit, oportet Deo magis obediare, quam hominibus. Frequentes autem sunt gentilium de Christianorum obstinatione querelae. Sic post tempora Plinii in eadem Bithynia impius Philosophaster tres libros conscripsit contra religionem nomenque Christianum, quibus Christianos commouere vult, ut ad paganorum redirent castra, pertinaci obstinatione deposita, ut LACTANTIVS lib. V. cap. 2. narrat, qui eod. lib. cap. 9. referr. desperator a gentilibus Christianos vocatos esse, sicut Caecilius Natalis apud MINUCIVM FELICEM eos vocat homines deploratae, ac desperatae factionis, et ARNOBIVS lib. VI. init. temerariam desperationem Christianis obiectam fuisse, testatur. TERTULLIANVS lib. I. ad nat. cap. 17. et 18. duplicum huius adpellationis affert rationem, prima obstinatio est, ait, quae secunda ab iis (gentilibus) religio constituitur Caesariae maiestatis, quod irreligios dicamus in caesares, neque imagines eorum repropitiantur, neque genios deirando. - Reliquum obstinationis in illo capitulo collocaris, quod neque gladios, neque crucis, neque bestiarum vestras, non ignem, non tormenta, ob duritatem, et contemptum mortis, animo recusemus.

## §. XVIII.

Dici autem vix potest, quantum in admirationem, et stupore.

stuporem rapuerit multitudinem haec inusitata et incredibilis Christianorum constantia. Non timebant, carceres fustem, exilium, famem, frigus: non horrebat ignem, aquam, gladium, crucem, bestias: horrendorum suppliciorum genera non reformidabant. Novos Christianos excruciandi modos, eosque tremendos excogitauerat gentilium furor, et truculentia, quam tormentis consuetus nihil se contra ipsorum constantiam proficere, viderent. Sed his omnibus potius ad probandam magis animi fortitudinem excitabantur, qui fuerunt vere Christiani. Viui obiciebantur leonibus, leopardis, vrsis, tauris, in oleo bulliente dermergebantur, super crata ferrea assabuntur, in equuleo et in tauro Phalaridis torquebantur, plumbo ac pice feruente perfundebantur, laminis carentibus, carenti pectine, et nouaculis excruciantur. Alii melle peruncti in ardentes sole muscis et culicibus expositi, aut pede brachio-ue suspensi, aut ex altissimo loco præcipitati, aut caudis equorum alligati, et per itinera tracti, aut reflexis arborum ramis adstricti, et his distractis rursus scissi, ruptique, aut super testulas nudo corpore volutati, miserrime perierunt. Quae eti tam enormia sint, et intolerabilia, ut animus horrerat recordari; Christiani tamen amore Christi ea pro ludo habuerunt, et quasi triumphantes ad tantam ignominiam, atque acerbitudinem mortis festinarunt. Audiamus Ignatum in epistola, apud EVSEBIVM lib. III. cap. 36.

Πολλοί, καὶ σαύρος, θηρίωντες συστάσεις, συνεργοῦσι οὐδέναν, συγκαταπλέουσι, ἀλεσμοὶ δλα τούτους, κολάσεις τούτοις διαβάλλεται εἰς ἐμὲ ἐρχόμενοι, μένον ήταν Ἰησοῦς Χριστός ἐπιτόχω. Ignis, crux, bestiarum impetus, ossium distractio, confractio membrorum, rotius corporis contusio, diabolii denique supplicia in me unum incurserint, damnmodo Iesu Christo frui mihi liceat. CHRYSOSTOMVS hom. XXXX. in Iuuentinum et Maximum, quam imperterrito medios inter cruciatu fuerint Christiani animo, his exposuit, τοὺς ἀνθράκας ὡς πηλὸν κατεπάτησαν, καὶ τὰ πολάρην, καὶ τὰ κύματα, καθάπτωσι λειμῶνας ἔσχων, καὶ τοὺς ξιφούς ὡς ἐπὶ διαδηματα, καὶ τεφανον ἑτερον, καὶ ταῦτα τίθωνται.

εἰας ὑπεξαν δὲ τῷ γενναῖος Φέρεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μεθ' ὑδο-  
νῆ, καὶ ὡροθυμίας πολλῆς. Carbones sicut lутum calcabant, et  
mare ac flutus sicut pratum intuebantur, ad gladium sicut ad  
diadema et coronam currebant, omniaque tormentorum gene-  
ra contemnebant, ut ea non solum generose ac fortiter fer-  
rent, sed et alacriter et cum voluptate. Ita vicit patientia  
crudelitatem, ipsisque adeo tortoribus miraculum praebuit  
maximum. Fuerunt quidem philosophi, qui vltro adpe-  
terent mortem, eamque sibi ipsi inferrent, quod sceleratum  
fuit ac nefarium: sed Christiani coacti Deum relinquere,  
et fidem prodere, mortem suscipiunt, et excelsa atque in-  
superabilis mente recordem istam gentilium violentiam  
calcant, quem dimitti haberent in sua potestate. Quam  
pulchrum spectaculum fuit Deo, quam Christiani tanta vir-  
tute tyrannicas iussiones contemnerent, nullosque pro  
tuenda conseruandaque religione cruciatus, et nullam  
mortem recusarent? Sed quam beata etiam immortalitas,  
quam incomparabilis libertas, quam ineffabile gaudium,  
quam incorruptibilis corona et gloria fuit, quae admiran-  
dam istam constantiam Christianorum exceperunt?

## §. XVIII.

Reperti etiam sunt inter Christianos magnanimos et  
constantes *cives Romani*: quos Plinius non iussit ducit, sed  
*adnotauit in urbem remittendos*. Adnotare dicitur iudex,  
quum aliquid decernit, quod scribi, et in acta referri debeat.  
Per urbem intelligit Romam, quae per excellentiam *urbis*,  
saepè *urbs aeterna* dicebatur. Ciuium Romanorum, etiam si  
in prouinciis degarent, multa magnaue fuerunt priuile-  
gia. P. Valerius Poplicola, consul solus, Bruto, collega,  
mortuo, anno C C X X X X I I I . legem tulit, vt aduersus omnes  
magistratus ad populum prouocationem verberaret,  
aut necaret, aut pecunia multaretur. Quum autem  
haec de prouocatione lex decemuirali potestate esset euer-  
sa; restituerunt eam L. Valerius, et M. Horatius, consules,  
anno C C C I I I I . M. autem Valerius Coruus V. consul cum  
Q. Appu.

Q. Appuleio Pansa anno CCCCLIII. confirmarunt, ne quis, qui prouocasset, virginis caederetur, securius necaretur: si quis aduersus ea fecisset, improbe facturum. Se- quuta est Valerias leges Porcia, quam tulit M. Porcius, tribunus plebis, eodem anno, ne quis magistratus ciuem Ro- manum virginis caederet, necaretur; sed damnato exilium permitteret. Huc spectat etiam lex Sempronia, a C. Sem- pronio Gracco, tribuno plebis, et Q. Caecilio Metello, T. Quintcio Flaminio coss. anno ICCCXXX. lata, ne de capite ciuiis Romani iniussu populi iudicaretur: ut qui magistra- tus, indicta causa, in ciuem Romanum animaduertisset, de eo populi quaestio institueretur; ne magistratus ciuem Ro- manum virginis caederet, aut securi feriret. De quibus egit LIVIVS lib. X. cap. 9. VALERIVS MAXIMVS lib. IIII. cap. I. CICERO lib. V. in Verrem cap. 62. seqq. vbi ita, Clamabat ille miser (Gaius Cosanus) se ciuem esse Roma- num. - - Coedebatur virginis in medio foro Messanae ciuiis Romanus, iudices: quam interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri, inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi haec, ciuiis Romanus sum. Hac se commemoratione ciuitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore deiectum arbitrabatur. - - O nomen dulce libertatis: o ius exti- minum ciuitatis: o lex Porcia, legesque Semproniae: o grauiter desiderata, et aliquando redditia plebi Romanae tribunitia po- testas! Huccine tandem omnia reciderunt, vt ciuiis Romanus in prouincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virginis caederetur? - - Hoc tu, Verres, idem dicas: hoc tu confiteris, illum clamitasse, se ciuem esse Romanum: apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuisse, vt dubitationem aliquam, vt crudelissimi, teterrimique supplicii aliquam par- uam moram saltem possit adferre. - - Si tu apud Persas, aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium du- cerere, quid aliud clamitares, nisi te ciuem esse Romanum? et, si tibi ignoto apud ignoratos, apud barbaros, apud hominos in ex- tremis atque ultimis genibus positus, nobile et illustre apud omnes

omnes nomen tuae ciuitatis profuisset, ille, quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, quum ciuem se Romanum esse diceret, apud te praetorem, si non effugium, ne moram quidem mortis mentione atque usurparione ciuitatis adsequi potuit? Homines tenues, obscuri loconati, nauigant: adeunt ad loca, quae numquam antea viderunt: ubi neque noti esse ius, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. Hac una tamen fiducia ciuitatis non modo apud nostris magistratus, qui et legum, et existimationis periculo continentur: neque apud cives solum Romanos, qui et sermonis, et iuris, et multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur: sed, quocunque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant futuram. Tolle hanc spem, tolle hoc praesidium ciuibus Romanis, constitue, nihil esse opis in hac voce, ciuis sum Romanus; posse impune praetorem, aut alium quemlibet supplicium, quod velut, in eum constitueret, qui se ciuem Romanum esse dicat, quod quis ignoret: iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, ciuibus Romanis ista defensione praelustreris. Hoc ciuitatis iure vñus est PAVLVS, apostolus. Sic Actor, cap. XVI, 37. seqq. conqueritur, praetores se et Silam, ἀνθερός ρωμαῖς, homines Romanos, publice caelos, et in custodiām coniectos, clam velle dimittere, postulauitque, vt ipsi venirent, et educerent. Quae quum lictores praetoribus retulissent; timuerunt, dum audiunt, ὅτι Ρωμαῖοι εἰσι, quod Romani sint, venerantque eos, eductos, rogatum, vt ex vrbe exirent. Quum Actor. XII, 24. seqq. Paullum accusantibus tumultuantibus que Iudeis tribunus in castra duci, et de eo loris quaestio nem haberet, imperasset; ille centurionem, qui aderat, sic, adloquurus est, εἰ ἀνθρώποις ρωμαῖοι καὶ ακατάχριτοι εἴησιν οὐδὲ μαζίζεν; an hominem Romanum, eumque indemnatum, licet vobis verberare? Quod quum centurio tribuno nuntiaret; hic ipse ad Paullum iuit, et ex eo quaequivit, num Romanus esset: quod dum adfirmauit Paullus; respondit, ego magno pretio istius ciuitatis ius redemi. Cui Paul-

Paulus, at ego natus sum. Hic statim eum omiserunt, qui erant de eo quaestione habituri: tribunus quoque perterritus est, quum Romanum esse integeret, et eum colligasset. Coram Festo Actor. XXV, 10. seqq. ne furori Iudeorum exponeretur, effecit adpellando Caesarem. Επι, inquit, τοι βηματος, Καισαρος επως ειμι, & με δει κρινεθαι. Ad Caesaris tribunal adsto, vbi me caussam dicere decet; et rursus, καισαρα επικλεψει, Caesarem adpollo. Olim adpellarunt ciues Romani populum Romanum, posterioribus autem temporibus Caesarem, si quando, sibi vim iniustam parari, viderent: tum mittebantur Romanum, quo etiam Paullum missum esse, constat ex Actor. XXVII. vinciti quidem cum custodibus et elogio, sive adnotratione et indicio cauillarum, cur mitterentur, sive quid perpetrassent. Hinc Festus Actor. XXV, 25. seqq. Ego quum eum (Paullum) nihil capitale admisissē comperisse, et ipse ad Augustum prouocasset, statui mittere. Tamen si quid certum de eo scribam, non habeo. Ea de caussa produxi eum ad vos, et maxime ad te, rex Agrippa, ut, re disquisita, habeam, quod scribam. Absurdum enim mihi videtur, mittere vinculum, nec, quae ei crimina imponantur, significare. Plinius itaque, eti Traiani tempore valde imminuta erant, vetera ciuum Romanorum iura attendit, ciuesque Romanos, inter Christianos perseverantes, vincitos cum elogio mitrendos arbitratur, vt horum caussa potius Romae cognosceretur.

## §. XX.

Traianus dum in responsione actum, seu iudicij modum, in quaestione extraordinaria de Christianis, quem Plinius in excutiendis cauiss eorum, qui Christiani ad eum delati fuerint, sequutus est, adprobauit; recte atque ordine eum et in eo egisse, dicit, quod Christianos perseverantes duci iussit. Quum enim non esset certa de iis lex lata; iudicium extra ordinem cognitioni magistratus relinquendum, existimauit. Ideo addit, negue enim in uniuersum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Similiter epist. CXIII, huius libri. In uniuersum a me non potest statui.

E

Ratio

Ratio est, quia res, quae facta circumstant, variant ius, quod ex ipsis factis nascitur. Certe non omnia regulis generalibus et constitutionibus comprehendi possunt, ac definiri. Hinc etiam, lege lata, saepe recurrendum est ad aequum, et supplendum, quod in vniuersali non expressum est. Idcirco Caligula, quasi omnem iuris scientiam abolitus, minabatur iurisconsultis, se effecturum, ne quid respondere possent praeter aequum. Mirum autem est, cur Traianus in causis Christianorum delationibus reliquerit locum, quem non modo adprobat, Plinium delatos, nisi abnegarent fidem, puniuissent; sed mox etiam constituit, puniendos esse, si deferantur, et arguantur. Notum enim est ex Plinii paneg. c. XXXIII. eum delatores exterminasse. Ita enim Plinius l. c. At tu, Caesar, quam prilegium spectaculum pro illo nobis execrabilis reddidisti? Vidimus delatorum iudicium, quasi graffatorium, quasi latronum: non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant. Nulla iam testamenta secura, nullus status certus: non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum avaritia. Adueristi oculos, atque ut ante castris, ita postea pacem foro reddidisti: excidisti intestinum malum, et prouida severitate cauisti, ne fundata legibus ciuitas eversa legibus videretur. - - Nihil tam gratius, nihil saeculo dignius, quam quod contigit de super intuici delatorum suspina ora retortasque cervices. vid. et sequens cap. XXXV. Eo scilicet paganos odium in Christianos impulit, ut, quod alioquin iniustum iudicarent, iustum declararent, si modo ad perdendos Christianos aliquid conferret. Sed maior Traiani in eo conspicitur iniquitas, quod Christianos delatos non absolvit, qui nullius criminis conuinci poterant.

## §. XXI.

Postquam acta Traianus comprobauerat, quaedam addit de agendis. Primo praecipit, conquirendi non sunt: se deferantur et arguantur, puniendi sunt. TERTULLIANVS, vbi huius rescripti facit mentionem, *apolog. cap. II.* exclamat, o sententiam necessitatem confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos, ut nocentes. Parcit, et saeuit:

Sacuit: dissimulat, et animaduerit. Quid temetipsum censura circumuenis? si damnas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absoluis? Latronibus vessigandis per vniuersas provincias militaris statio soritur: in reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est; ad socios, ad consicos inquisitio usque extenditur: solum Christianum inquire, non licet; offerri licet: quasi aliud actura esset inquisitio, quam oblatio. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum; qui, puto, iam non meruit ideo poenam, quia nocens est, sed quia non requirendus inuentus est. Omnino ita se res habet, iniustum est decretum, puniendos esse Christianos delatos, et conuictos, etiamsi ceteroquin nihil malū commisissent: certe longe aequior in Christianos fuit Marcus Antoninus, qui teste EUSEBIO lib. IIII. histof. eccles. cap. 13. et TERTULLIANO apolog. cap. V. rescripsit, si quis pergeret, cuiquam Christianorum ex eo, quod talis sit, negotium faceſſere; delatum criminē absoluendum, tametsi constet, eum re ipsa Christianum esse; delatorem autem poenas luere debere. Vnde factum, vt Romae is, qui Apollonium quemdam e numero fidelium accusauerat, fractis cruribus, occideretur, quod scilicet Commodi, imperatoris, edicto capitalis poena in eos, qui talia detulissent, constituta fuit, EUSEBIUS hist. eccles. lib. V. cap. 21. Traianus vero vult, eos puniri, si deferantur, et arguantur. Non satis quidem est, deferre, et accusare, quum alias innocens nemo esse possit: etiam arguere oportet, et conuincere. Neque ideo male cum delatione coniunctionem Traianus in iudiciis coniungit vult: sed quum Traianus ad Plinii quaestionem, nomen ipsum Christianorum, etiamsi flagitiis careat, puniendum? hoc ipso, quum conuictos puniri iuber, statuit, nomen ipsum puniendum esse; id est, quod a iustitia longe abhorret. Qua poena adfici velit conuictos Christianos, non exprimit. Fortasse gladio, supplicii poena minus infami et saeva, voluit, eos interfici: Tertullianus enim ad Scap. suo tempore praefidem Mauritaniae ad mandatum principis gladio in Christianos animaduertisse, testatur. Vix autem cum hoc Traiani

rescripto conciliari poterunt, quae leguntur in **SVLPIPIO SEVERO** lib.II. c.31. Traianum, quum tormentis et quaestioribus nihil in Christianis morte aut poena dignum reperiret, *saeuiri in eos, vltro veruisse;* et in collectaneis **SVIDAE,** Traianum edictu prohibuisse omnibus suis praefectis et praesidiis, ne Christianos suppliciis adficerent; idque eum propterea decreuisse, quod ex relatione Tiberiani, primae Palestinae praesidis, cognouisset, tantam esse Christianorum, sponte sua se ad supplicium offerentium, multitudinem, ut illis occidendis par amplius esse non possit: nisi forte dicamus, illud Traiani edictum, hoc ad Plinium dato rescripto posteriorius esse.

### §. XXII.

Est tamen in eo, quin *conquiri* vetuit Christianos, quod piis Christi confessoribus dupli ratione profuit. Primo enim, si accusator desit, patitur eos impune latere, neque ad eos pertinere vult mandata de flagitiosis hominibus conquirendis. Fuit moris Romani, ne quis sine accusatore condemnetur: sed mutato demum veteri iudiciorum publicorum consuetudine, non semper exspectatus est legitimus accusator; sed magistratibus mandatum adeo fuit, ut vltro sacrilegos, latrones, et plagiarios conquirerent. Quod ad Christianos attineret; pauci ad eos accusandos adscenderunt, cum quod tanti eos non facerent, tum propter subscriptionis periculum, et quod non auderent, quia Tiberius praesertim comminatus erat periculum accusatoribus eorum, quos perperam accusassent. Cooperunt itaque magistratus vltro in Christianos inquirere. Traianus vero forte eos propterea exemit, et ne conquirererentur, mandauit, quod non committant crimina, de quibus iudices vltro quaestiones instituere debebant. Et hoc ipso Christianos irenarcharum, et curiosorum, qui praesidum inquisitionibus subseruebant, et saepe calumniatores erant, insidiis eripuit. Deinde hoc de non conquirendis Christianis mandatum eo quoque spectat, ut si quis Christianus captus esset, non torqueretur ad indicandos socios. Factum id esse alias,

alias, et totas subinde ecclesias hac ratione in periculum vocatas esse, adparet ex TACITO annal. XV. Primo correpti, qui fatebantur, se esse Christianos; deinde indicio erum multitudine ingens, cet. Quo pertinent verba TERTULLIANI supra adscripta, *ad socios consicos inquisitio usque extenditur*. Mitius ergo Traianus, imperator gentilis, de Christianis rescriptis, quam Christiani illi, qui sanctas, quas vocant, inquisitiones in ipso adeo Christianos, quos haeresios suspectos habent, constituant, fountentque.

## §. XXIII.

Restringit vero Traianus, quod de puniendis Christianis statuerat, ad eos, qui non relipiscant. Parci vero iubet iis, qui negent, se esse Christianos, idque supplicando ture ac vino diis ostenderint: poenae satis esse existimat, si poeniteant, quasi dolorem pro specie poenae, quam ipsi poenitentes de se sumant, reputari vellet. Denique Traianus addit, *sine auctore propositi libelli, nullo criminis locum habere debent*. Qui accusator libellum dare volebat; non men in primis subscribere, et hoc ipso se obligare debebat ad calumniae poenam subeundam, nisi crimen comprobaret. Libelli sine auctore non tam accusatorii, quam famosi iudicabantur. Recte igitur reiecit Traianus libellos, nisi accusator iis nomen suum subscripterit. Libellos enim sine auctore nullo in (ita fortasse scripsiterat imperator) criminis locum habere debere, ius, fasque erat. Adduxit etiam rationem, *nam et pessimi exempli, nec nostri saeculi est*. Ita idem lib. X. epist. 63. *non est ex iustitia nostrorum temporum, et contra ipse Plinius lib. X. epist. 1. digna saeculeres*, epist. 20. *conuenientissimum tranquillitati saeculi tui*, epist. 46. *saeculo tuo dignissimum*. Exempli sane pessimi fuisset, si licuisset accusare absque subscripto nomine, quod frena hoc ipso calumniatoribus fuissent laxata. Nec erat istius saeculi, cuius felicitatem augere volebat Traianus: cui vero maxime repugnasset, si improbis, omnium in famam grassari, permisum fuisset.

E 3

## §. XXIV.

## §. XXIII.

Quum Plinius ex iis, qui Christiani esse desierant, summam Christianae religionis percepérat; necessarium credidit, ex duabus ancillis, quae ministræ dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere; idque eum in finem, ut id, quod res erat, etiam ex Christianis perseuerantibus rescisseret, si forte illi non satis intellexerint sacra, a quibus defecerant. Sequiorem sexum elegit, quia vt imbecillior faciliter succumbere solet tormentis; ancillas vero, quia non erat insolens, seruos, vel ancillas quaestionibus subiicere. Neque vero Christiani aliquem a ministerio ecclesiae arcebant ob conditionem seruilem: Paulus adeo Onesimum ἀνεγέρθει adpellauit. Non quidem licebat iure ciuilis, torquere liberos homines, neque seruos in caput dominorum: sed, seruum alicuius societatis vel vniuersitatis torquere, licebat in eorum etiam capita, qui eius essent societatis: demum etiam permittebatur, seruos in caput dominorum tribus in caussis, adulterii scilicet, fraudati census, et manifestatis, siue perduellionis torquere. Plinius ancillas torquet, siue quod ecclesiis et societatibus seruirent, siue quod Christianorum caussam talem esse, iudicaret, in qua serui, et ancillæ aduersus dominos torqueri possent. Et certe ministras ecclesiæ dum ad quaestionem vocavit, quas fugere non poterant, quae in conuentibus agerentur; confidit, quid esset veri, se extorsum. Graeci eiusmodi ministras vocarunt διακόνους, diaconas, siue diaconissas. Mennio fit Rom. XVI, 1. Phoebes, quae ecclesiae Cenchreensis διακόνους fuerit, atque epistolam Pauli ad Romanos detulerit. Ab ipsis apostolis constitutæ sunt 1 Tim. V, 9. vbi requiritur, vt, quae munere diaconissæ fungi velit, sit vidua, non minor annis sexaginta, quae unius viri fuerit vxor. Patres concilii Chalcedonensis vero can. XIII. quadragenariam adminiserunt, Diaconissam non debere ante annos XXXX. ordinari statim, et hoc cum diligenti probatione. Munia earum erant varia, curam gerere seminarum, quando in baptismo vestibus exuebantur, ne nudata corpora respectui

spectui virorum, sacra operantium, exponerentur; visere miseras, pauperes, et aegrotas, easque et hortando confirmare, et ope adiuuare; mortuarum corpora lauare, et ad sepulturam componere. Vid. CLEMENS ROMANVS constitut. apost. lib. III. cap. 15, qui lib. VII. cap. 28. testatur, eorum etiam fuisse, Φυλάττεν τὰς Θύγας, custodire fores. Apud Latinos diaconisarum usus abrogatus est concilio Aurelianensi II, quod saeculo VI. celebratum fuit. Vide H. GROTIUS ad Rom. XVI, 1. Phil. III, 3. et 1 Tim. III, 9. Ad tormenta quod attinet, auctor rhet. ad Herennium testatur, maiores Romanorum veri inueniendi causa, cruciatis, ac tormentis voluisse quaeri, et summo dolore hominis cogi, ut, quidquid sciant, dicant. Sed quam fallax fuerit medium, QVINCENTIANVS lib. V. cap. 4. indicat ita, pars altera vera fatendi necessitatem vocat, altera etiam caussam falsa dicens: quod alis patientia facile mendacium faciat, alii infirmitas necessarium. CICERO id iam ante dixerat orat. pro Sylla c. XXVIII. Quaeſtiones ſeruorum ac tormenta nobis accusator minitatur: in quibus quamquam nihil periculi ſuspiciatur; tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, cum animi, tum corporis, regit queſitor, ſlebit libido, corrumpit ſpes, infirmat metus, ut in tantis rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Nihilominus quidquid tormentis admotis eruebatur; id pro certo et explorato habebatur. Vnde CICERO in top. cap. XX. Verberibus torri, igni fatigati quae dicunt, ea videat veritas ipsa dicere. Sed tamen VALERIVS MAXIMVS lib. VIII. cap. 4. refert, Fuluii Flacci ſeruum, Philippum, octies pro domino tortum, nihil prodidisse; et LAERTIVS lib. VIII. Zenonem Eleatem nullis potuisse tormentis adigi, ut conſcios delendac tyrannidem indicaret. Torquebantur autem funibus deligati, potissimum verberibus atque igne. De variis tormentorum generibus egit eruditus SIGONIVS lib. III. de iudicis cap. XVIII. BRODAEVIS lib. II. miscell. cap. 9; et 10. TVRNEBVS lib. III. aduersar. cap. 3. BARTHIVS animadu. ad Statuum passim, in primis tom. II. p. 1168. et tom. III.

p. 277. seqq. ANTONIVS VERO GALLONIVS *de martyrum cruciatibus* librum vulgauit. Adfirmat Plinius, eam quaestio[n]is p[er] tormenta caussam sibi fuisse, vt, quid esset veri, cognosceret; alii vero iniquiores praefides, conficti potius criminis testimonium falsum extorquere volebant. Sic IUSTINVS, martyr, in apologia priori testatur, seruos Christianorum, pueros, et mulierculas, ad tormenta protractos, fuisse, vt per cruciatos horrendos, et formidabiles eorum, quae sermonibus vanis et fabulosis ferantur, flagitorum extorquerent confessionem. Respondisse etiam eventum huic consilio, docet TERTULLIANVS *apolog.* cap. VII. et BASILIVS hom. VIII. Huius verba latine reddita, sic se habent, prodebat patrem filius: pater filium accusabat: frater aduersus fratrem insaniebat: seruus domino insultabat: adeo diabolici artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agentes, se[ci]se minime cognoscerent. vid. etiam EUSEBIUS hist. eccles. lib. VIII. cap. 5. Quae futura praedixerat optimus seruator Matth. X. 21. 35. et Marc. XIII. 12. Quin subornatos adeo ab aduersariis fuisse, qui, admotis tormentis, dicerent, in Christianorum coetibus fuisse Thyestea quaedam coniuicia et incestas libidines, docet epistola Lugdunensis apud EUSEBIUM lib. V. Ingenuae fuerunt, quas Plinius torcit, ancillae, minimeque ad mentiendum induci potuerunt. Vnde Plinius ingenuae testatur, nihil de Christianis coetibus se comperisse, quod improbareret, nisi *perficitonem prauam et immodicam*.

### §. XXV.

Egregium itaque testimonium de innocentia Christianorum Plinius perhibuit. Nefanda erant coniuicia, quae gentiles in Christianos coniecerunt, quod caput asini consecratum venerentur, TERTULLIANVS *apolog.* cap. XVI. et lib. I. *ad nationes* cap. 14. quod solem pro deo suo habeant, quod antistitis, ac sacerdotis genitalia colant, et quasi parentis sui adorent naturam, quod crucem cultu prosequantur religioso, ceu constat ex MINVCI FELICIS Octauio,

Oſtāui, quod Serapin, vel Apin, Aegyptiorum numen, itemque martyres colant, EVSEBIUS hiſt. ecclſ. lib. VIII. c. 6. Alii vero Christianos atheos vocarunt. ARNOBIUS lib. III. LACTANTIVS lib. V. cap. 9. lib. VII. cap. 27. Rufus ipſis alii obiciebant nunc impoſturas et artes magicas, AVGUSTINVS lib. I. de consensu euang. cap. 9. et 10. nunc Thyestas epulas, et Oedipodeos incestus, TERTULLIANVS apol. c. VII. et lib. I. ad nat. c. 7. 15. 16. nunc crimen laeſae maiestatis, TERTULLIANVS apoloſ. cap. X. et complura nefanda ſcelera: de quibus fuiſius egit CHRISTIANVS KORTHOLTVS tract. de columnis paganorum in veteres Christianos ſparſis, Kiloni clo. loc. LXVIII. Quorum vero nihil reperit in cognitionibus ſuis Plinius, qui potius, dum querit, an nomen Christianorum, etiam flagitiis careat, puniri debet? fatetur, fuſile Christianos a ſceleribus immunes. Ipſe quidem Christianos amētiae accusat, dum ſcribit, fuerunt alii ſimilis amētiae: ſed, vt Christianum apostoli praedicauerant cruciadfixum, Iudeis offendionem, et Graecis ſtultitiam 1 Cor. I. 23. ita ſtultos arbitrabatur eſſe Christianos propter ea, quod, quum habeant in ſua potestate, ſupplicia vitare, cruciari tamen, et emori malint. TERTULLIANVS apoloſ. cap. XXVII. LACTANTIVS lib. V. cap. 13. Vocat quidem constantiam Christianorum nunc peruvaciam et inflexibilem obſtinationem, nunc ſuperiſtitionem prauam et immodicam, perinde ut TACITVS lib. XV. cap. 44. exiſtiabilem ſuperiſtitionem, et SVETONIVS in vita Ner. cap. 16. ſuperiſtitionem nouam et maleſicam: quod etiam legitur in veteri quadam incriptione Hispanica, quam IAN. GRUTERVS in theſauro p. 238. ſic exhibet, NERONI CLAVDIO CAESARI AVG. PONT. MAX. OB PROVINCIAM LATRONIBVS ET HIS QVI NOVAM GENRI HVMANO ſUPERIſtITIONEM INCVLCARVNT PURGATAM: ſed quum nihil aliud, tormentis etiam adhibitis, inueniſſe ſe, teſterut, quum nihil habeat, quod in religione Christianorum liquido reprehendat, et prauum eſſe cenſeat praeter conſtantiam, quae certe laudanda erat; hoc ipſo nouum, illudque inſigne innocentiae testimonium deſtit. Plinius autem conſtantiam Christianorum eiusmodi infestis

infestis insigniuit nominibus, siue quod existimabat, modum esse in religione debere, neque in ea obseruanda oportere nimium esse superstiosum; siue quod religioni, a maioribus acceptae, aduersa Christianorum doctrina, et legibus Romanorum vetitum esset, ne quis noua sacra induceret. Immodicum etiam ipsi videbatur, Christianum Christianos ita colere, ut nollent cum eius cultu sociare deorum gentilium venerationem. Horum enim nihil cogi posse, qui sunt revera Christiani, et sermonibus aliorum, et propria experientia edocitus est: quo ipso confirmatur incredibilis illa constantia Christianorum, quam et historia ecclesiastica infinitis exemplis probat. Vnde enim tanta multitudo martyrum, nisi ab hac ipsa causa? Nimurum *Ἄδεις ἐν τούτῳ θεῷ, λέγει ἀνθρακίσθων, νέμο διυνο ἀδεῖον λόγους, ἵστηται στολὴν.* De persequitionibus et martyriis veterum Christianorum IOHANNES MEISNERVS Witteberg. CLO LIII, disputationem publicauit.

### §. XXVI.

Iam videamus, quam ingenie, quod ex perfidis illis desertoribus de Christianis coetibus acceperat, Plinius commoaret. Nihil indignum hominibus probis, nihil nisi praeclarum, et optimum in istorum confessionibus inuenit: atque ideo dubitat, num Christiani culpae, an erroris accusari debeant: de quibus illa quidem grauior est; neutrum vero ad sceleris, aut flagitiū grauitatem accedit. Vtius quidem est Plinius etiam *criminis* voce, dum scriptis, mox ipso tractu, seu tractatu, ut est in editione Veneta, Mediolanensi et Argentoratensi, ut fieri solet, diffundente se *crimine, plures species* inciderunt: sed id fecit, cum quod Romani inter crimina referebant deorum contemtum, tum quod Christiani hac de causa in accusationem et cognitionem venerant. Sufficit, Plinii enarrationem eorum, quae cognouerat, comprobare omni ex parte innocentiam Christianorum. Quid enim magis est innocens et inculpatum, quam, quod Plinius narrat, adfirmasse desertores, quod essent soliti statu die ante lucem conuenire; carmenque Christo,

Christo, quasi Deo, dicere secum inuicem; seque sacramenta, non in scelus aliquod obstringere, sed ne furtâ, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum adpellati abnegarent: quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum ramen et innoxium; quod ipsum facere desse post edictum Plinii, quo secundum mandatum Traiani hetaerias esse, veritum sit? Sane adeo Christianorum mores se tum probarunt, ut insensissimus eorum hostis, IVLIANVS, debitam illis laudem præripere non audeat, quamquam pro more simulationis eorum virtutes arguat. Ita enim scribit epist. XXXXVIII.

Tί δν ήμεις οίδησθα, ταῦτα ἀρκέν, εδὲ αποθλέτωμεν, ὁ μάλιστα τὴν ἀθετήτη συνέζησεν, η̄ τερὶ τὰς ξένις Φιλανθρωπίας, η̄ η περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν περιπόθεια, καὶ η πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν θίουν; ὃν ἔναστον, οὐαμα, χρῆναι πτερ̄ ήταν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεθαι. Sed quid est causas, cur in hisce, perinde ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius conuertamus oculos ad ea, quibus impia Christianorum religio creuerit; id est ad benignitatem in peregrinos, ad curam, ab illis in mortuis sepeliendis postiam, et ad sanctimoniam vitae, quam simulant? quorum singula a nobis vero exsequenda esse, censeo.

## §. XXVII.

Quodsi Plinii nostri verba accuratius excutiamus; clarius patet, quam nihil egerint Christiani supplicio dignum. Conuenisse eos *stato die* ante lucem, primum confessionis istius caput fuit. Status dies vocari solebat is, qui erat certus et constitutus. Conueniebant quidem Christiani, vt ex actibus ap. cap. II, 46. patet, quotidie, si per persecutionum rationes licitum esset: solemniiores vero et frequenter erant coetus *stato die*: ad quos hoc quidem tempore non pulsatione ligni, vt putat AMALARIVS cap. XXI. ut pote quae post Constantiū M. demum videtur introducta, sed ministros, vel ministra conuocabantur. Sed quinam ille fuit status dies? non certe aliis, quam qui tum a Christianis celebrabatur. Non vero unum atque eum-  
dem

dem diem sacris solemnibus primos Christianos destinasse, patet ex Paulli disputationibus contra legum Mosaicarum adsertores, quales occurunt Rom. XIII, 5. *Alius diem, diemque discernit; alius dies omnes eodem loco habet: suam quisque sententiam exploratam habeat;* Galat. III, 9. 10. et 11. *At nunc Deum cognoscentes, vel potius a Deo cogniti, qui fit, ut vos rursum ad infirma, egenaque rudimenta conuertatis, quibus rursum de integro seruire vultis?* Dies obseruantis, et menses, et tempora, et annos. Metuo equidem vobis, ne frustra in vobis laborauerim; Coloss. II, 16. Nemo vos damnet ob cibum, aut potionem, aut festorum discriminem, aut nouilunia, aut sabbata. Primae ecclesiae fere ex Iudeis quum essent collectae; mirum non est, in plerisque celebrationem VII. diei obtinuisse. Quam etsi non omnino improbarent apostoli; siquidem Paullus ipse sabbato in synagogis Iudeorum euangelium praedicauit Acto. XIII, 14. seqq. XVI, 13. XVII, 2. XVIII, 4. id tamen vrgebant constanter, sabbati celebrationem non necessitatis, sed libertatis esse debere. Ideo ATHANASIVS, episcopus Alexandrinus, in hom. de clementia ab init. hanc celebrati sabbati rationem adserit, non quad iudaizare, hoc est ex necessitate legis Mosaicae diem hunc celebrare, vellent, sed Iesum Christum dominum sabbati adorarent. Sed Christiani iam aeuo Apostolico diem, etiam hebdomadis primum, quem ipsi dominicum, gentiles vero solis diem vocarunt, celebrasse, manifestum est ex Cor. XVI, 2. vbi Paullus ita, κατὰ μὲν σαββάτῳ, id est, primo quoque hebdomadis die, siue vt CASTELLIO reddit, primo quoque post sabbatum die unusquisque vestrum apud se reponat, congerens, quod commode poterit, ne tum demum, quum venerq; siant collectae. Necesse est, Christianos primo hebdomadis die conuenisse, quum in conuentibus conferre quisque debeat, quod commode possit. Clarius ex Act. XX, 7. patescit, diem solis intelligendum esse. Lucas enim narrat, εἰ τὴν μιᾷ τῶν σαββάδων, congregatis ad frangendum panem discipulis, Paullum sermonem habuisse. Hunc enim diem fuisse primam post sabbatum, antecedentia, docent,

cent, nos nauigauimus post azymorum dies a Philippis, et ad eos in Troadem quinque diebus peruenimus, vbi septem dies commorati sumus. Tum post septem dies, siue integrae hebdomadis spatium, ideoque primo proximae hebdomadis die, Paullus verba fecit. Quodsi Paullus euangelium praedicasset die sabbati; non potuisset Lucas scribere ἐν τῇ ματων σαββατῳ, in una seu potius prima sabbatorum, sed potius ipso sabbato. Sane Matth. XXVIII, 1. per μιαν σαββατων, qua Christus surrexit, nullus alius quam primus hebdomadis intelligi potest. Atque hanc ipsam interpretationem reperimus apud antiquos ecclesiae doctores. Sic AVGUSTINVS epist. LXXXVI. Vna sabbati tunc adpellatur dies, qui nunc dominicus adpellatur, quod in euangelio aperiuit inuenitur. Nam dies resurrectionis domini prima sabbati a Marthaeo, a ceteris autem una sabbati dicitur, quem constat eum esse, qui dominicus postea adpellatus est. IVSTINVS, martyr, in dialog. cum Tryph. Iud. p. 260. ita, praeceptum circumcisionis, octaua die omnino circumcidere iubens infantes natos, nota erat verae circumcisionis, qua circumcisus sumus ab errore, et prauitate per eum, qui a mortuis resurrexit una sabbatorum die, Iesum Christum, dominum nostrum. Vna enim sabbatorum, prima manens dierum omnium iuxta numerum, spatii rursus dierum omnium in circulum decursis octaua vocatur, et prima, sicut est, manet. Sed idem etiam apolog. II. testatur, die, qui solis dicitur, omnium, tam qui in oppidis, quam qui in agri commorati sunt, conuentum institutum fuisse. Ex iam dictis adparet, non vbiuis eadem die cultus diuini caufsa conueniente Christianos, sed alias ecclesias die sabbati, alias die solis sacra celebrasse. Dubio procul ecclesiae, ex Iudeis collectae, sabbati celebrationem ex more plurimum seruarunt, quum contra ecclesiae ex gentilibus resipiscientibus ortae, praetulerunt diem hebdomadis primum, idque ob memoriam glorioissimae resurrectionis Christi, vnde hic dies etiam dominicus dictus fuit, ut constat multorum priuci aeu iuctorum testimoniis. IVSTINVS, martyr apolog. II. ita scribit, die solis communiter omnes conuen-

tum agimus, quia dies primus est, quo Deus, tenebras et confusam materiam de-pellens, mundum fecit, et Iesus Christus, salvator noster, eodem die ex mortuis resurrexit. Eamdem suppedit rationem AVGVSTINVS serm. CCLI. de tempore, Dominicum, inquiens, diem Apostoli, et Apostolici viri ideo religiofa solemnitate babendum sanxerunt, quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit. vid. etiam SEDVLIVS lib. V. paschal. op. cap. 20. Potest itaque per statum diem aequae sabbatum, quod illustris BOEHMERVS diff. iuris eccles. antiqui ad Plin. diff. I. defendit, quam dies solis intelligi, quae plurimorum est sententia, etiam si Plinius non scriperit, statis diebus, sed stato die. Erant videlicet in Ponto et Bithynia ecclesiae, cum ex Iudeis, tum ex gentilibus contractae. Ex 1Petr. I, 1. notum est, Petrum ad Iudeos, in prouinciis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Bithyniae et Asiae inter gentes dispersos, scripsisse: ergo fuerint in Ponto, et Bithynia ecclesiae ex Iudeis exstructae, necesse est. Sed alias fuisse quoque ecclesias, ex gentilibus erectas, patet ex ipsa hac Plini epistola, quum scribit, *templa prope desolata, sacra solemnia diu intermissa, rarissimumque victimarum emorem fuisse inuentum.* Atque haec partim opera Petri, partim Pauli constituta videntur. Et si enim hi curam propagandae fidei Christianae inter se ita partiti erant, ut ille Iudeis, hic gentilibus gratiam Dei adnuntiaret Gal. II, 8. q. id tamen non ita accipi debet, ac si ille gentilium, et hic Iudeorum in iis locis, ubi instituerent, nullam habuerit rationem. Primariae tantum erant partes Petri, Iudeos docere, et Pauli, alienigenos: unde hic etiam epistolam ad Hebraeos scripsit, et ille fundatas ab hoc in Galatia ecclesias confirmauit Galat. II, et 1Petr. I, 1. Ita concionibus, Petri in Ponto et Bithynia habitis, non minus gentiles, quam Iudei ad Christianam religionem adducti sunt. Dein licet Paullus a sancto spiritu prohibitus sit, quominus per Bithyniam iter faceret Actor. XVI, 7. peragrauit tamen Galatiam, ibique praedicauit verbum Dei: Galatae vero quum eum *ceu Dei angelum, ceu Christum ipsum* ceperint, Galat.

Galat. IIII, 14. nullum est dubium, quin etiam ad vicinae Bithyniae gentes lumen euangelii sit diffusum. Quare dum desertores adfirmant, Christianos *stato die* conuenire; cuiusvis hebdomadis et *septimum*, quo potissimum qui fuerant ante Iudaei, et *primum*, quo gentilium superstitioni antea addicti sacra publica celebrarunt, intelligunt. Illis enim sabbatum, his vero dies dominicus *status* fuit.

## §. XXVIII.

Conuenisse vero dicuntur Christiani *ante lucem*: hinc eorum conuentus audiunt nocturni et antelucani, TER-  
TVLLIANVS lib. II. ad vxorem cap. 4. et apol. cap. II. Ma-  
ne venisse populum ad audiendum Christum, legimus  
Luc. XXI, 37. et 38. Inde a tempore apostolorum nocturnae congregations visitatae fuerunt, ceu adpareret ex Actor. XII, 12. vbi post necem Iacobi in aedibus Mariae nocturno tempore multi congregati leguntur supplicandi caussa: et Actor. XX, 7. II. Paulum refert Lucas detinuisse coetum ad usque sequentis diei auroram. Non fugiebant Christiani lucem, non amabant tenebras, non quaerebant latebras: sed ante lucem, seu tempore antelucano, quod solis ortum proxime antecedebat, eam potissimum obcausam conuenerunt, quod plena luce sacris vacare, grauissimae persecutio[n]es non permettebant: quamquam non negauerimus, eos eo lubentius, quod postulabat necessitas, obseruasse, quam Christum diluculo a mortuis resurrexisse, et noctu ad iudicandum orbem redditurum esse, ipso conuentus tempore monente, in memoriam reuocare possent. Saltim de peruigilio paschae dicendum hoc erit, de quo LACTANTIVS lib. VII. cap. 19. et haec est nox, quae a nobis propter aduentum regis, ac Dei nostri, peruigilio celebratur; et ISIDORVS lib. VI. orig. cap. 16. Paschae nox ideo peruigil dicitur, propter aduentum regis ac domini nostri, ut tempus resurrectionis eius nos non dormientes, sed vigilantes inueniat. Accedebant vero Christiani in conuentibus antelucanis lumina, ut suspicionem scelerum euitarent: unde postea

postea cérerorum vsum etiam in diurnis conuentibus retinuerunt. Graecis et barbaris sanctiora fuerunt semper nocturna sacrificia: sed apud Romanos iam lege Romuli caustum fuit, nocturnas in templo vigilias ne habento. In legibus XII. tabularum, CICERONE teste, lib. II. de legibus sancitum fuit, nocturna mulierum sacrificia ne sunt, praeter illa, quae pro populo rite sicut. Haec vero Damiae, siue Bonae Deae noctu offerebantur: vnde Damium, hoc est sacrificium, quod pro διημο, populo siebat. VOSSIVS etymol. p. 174. FESTVS, putat dictum esse a contrarietate, quod minime esset διηστον i. e. publicum. PAVLLVS lib. V. sentent. tit. XXIII. haec habet, qui sacra impia nocturnae, ut aliquem obcantarent, defigerent, fecerint, facienda curauerint, aut cruci suffigantur, aut bestiis obiciantur: et ipsi imperatores VALENTINIANVS et VALENS in C. Theod. de malef. et maleficis lib. VII. Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefariora preces, aut magicos adparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur. In eiusmodi coitionibus inire poterant coniurations, ceu factum est in Bacchanalibus, ut LIVIVS resert lib. XXXVIII. 8. vel ad magiam, vel libidinem exercendam nefarii homines nocturno tempore abuti consueuerant. Vnde facile est intellectu, quare nocturnae Christianorum coitiones in crimen vocatae sint publicum: scilicet gentiles suscipabantur, Christianos ad nefanda illa scelerea, que in nocturnis suis sacris peragi solebant, committenda, nocturnos conuentus instituere. Sed ipse Celsus, ceu constat ex initio operis, quod ORIGENES aduersus ipsum scripsit, fatetur, eos άπό της κοινής κακόβασι, communis periculi causa noctu conuenisse. Verba autem Celsi sunt, οι μάτην τέτο ποιεστον, οτι διωθευεσοι την επηγερησεν αύτοις διηνη τη θανάτο, non sine causa id faciunt, sed ut poenam sibi intentatam capitalem depellant. Quamquam et alias, vbi de die conuenire, non erat prohibitum, veteres Christiani retinuerunt vespertinas, nocturnasque, et antelucanas preces. BASILIVS M. de spiritu sancto cap. XXVIII. testatur nocturnos conuentus sua aetate suisse ordinarios: Εδοξε, inquit,

706

τοῖς πατέρσιν ἡμῶν, μὴ σωπῆ τὸν χάριν τῷ ἐσπερινῷ Φῶτος δέχεσθαι, ἀλλ' ἐν θύσις Φανέντος εὐχαριστεῖν, νιστοῦ εἰς πατρίbus nostris, vespertini luminis gratiam hancquaquam silentio accipere; sed mox, ut adparuit, gratias agere. SOCRATES lib. V. cap. 22. ἐν Ελλάδi, καὶ Ἱεροσολύμoις, καὶ Θεσσαλiα, ταῖς ἐν ταῖς λυχναλίαις ἐνχάρις ποιῶνται, in Graecia, et Ierosolymis, et Thes-salia preces, dum accenduntur lucernae, perfolunt. TERTIULLIANVS lib. II. ad uxorem cap. 4. uxorem suam hortatur, ne se mortuo, nuberet infideli marito, quis, inquit, nocturnis conuocatiōibus, si ita oportuerit, a latere suo eximi libenter feret? quis denique solemnibus paschae obnolantem securus sustinebit? HIERONIMVS epist. VII. Laetam docet, quomodo filium instituere debeat, praeponatur ei, scribit, probae fidei, ac morum, ac pudicitiae virgo veterana, quae illam doceat, et adiusecat exemplo ad orationes et psalmos nocte consurgere -- accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum. Speciatim de perwigilio paschae LACTANTIVS lib. VII. cap. 19. ita scripsit, et haec est nox, quae a nobis propter aduentum regis ac Dei nostri, perwigilio celebratur, et ISIDORVS lib. VI. orig. cap. 16. Paschae nox ideo perwigil ducitur propter aduentum regis ac domini nostri, ut tempus resurrectionis eius nos non dormientes, sed vigilantes inueniat. vid. VOSSIUS de passione Christi cap. vlt.

## §. XXVIII.

Ceterum loci, vbi primi Christiani conuenerint, propterea in defectorum confessionibus non facta esse vindetur mentio, quod tunc temporis non dum certa et peculiaria loca sacris destinari poterant, quum in tantis persecutionum procellis abditā potius quaerere, et loca saepius mutare, necessitas postulabat. IOH. MEDE, anglus, libro anglie de ecclesiis primitiuae ecclesiae scripto, et ab HENR. LV DOLPHO BENTHEMIO in Germanicam linguam translato, contendit, Christianos iam inde ab apostolorum aetate templū, et loca sacris dicata habuisse. Enim vero Christiani ex Iudeis conuersi, qui Hierosolymis degabant,

in templo Iudeorum et orabant, et docebant Actor. II, 46.  
 III, 1. V, 21. 42. XXI, 26. similiter vbique locorum synago-  
 gis interesse solebant Actor. XIII, 14. 15. XIII, 1. XVI, 13.  
 XVII, 1. 2. 17. Habeant praeterea coenacula, atque  
~~προσευχας~~, sive oratoria domestica, in supra aedium pri-  
 uatarum parte vtr plurimum exstructa, in quibus pre-  
 cum communium, vel negotiorum caussa conueniebant  
 Matth. VI, 6. Actor. I, 13. II, 1. 2. 46. III, 31. V, 42. VIII, 5.  
 XVI, 13. 16. XX, 9. Quae quidem omnia erudite disputa-  
 runt BVRMANNVS de synagoga, et CAMPEGIVS VITRIN-  
 GA de synagoge vetere, aliisque. Quum, persequitione  
 Hierosolymis oborta, fideles ex Iudeis per orbem terra-  
 rum dispersi Actor. X, 19. doctrinam salutarem ad gentiles  
 transtulerunt; quumque horum eam magna pars cupide  
 amplectetur: in aedibus locisque priuatis conuenerunt:  
 quemadmodum etiam illi, Iudeorum furore coacti, syna-  
 gogas demum plane deseruerunt, Actor. XVIII, 9. et con-  
 ventus suos tantum intra priuatos parietes habuerunt.  
 Atque haec coetum Christianorum saeculo praeferit  
 primo, secundoque, ideoque et Plinii fuit aetate, vt in oc-  
 culto, priuatisque essent in locis. Negari tamen nequit,  
 si tranquilliora essent tempora, Christianos certa et publi-  
 ca loca sacris suis destinasse. Sic AELIVS LAMPRIDIVS  
 in Seuero cap. XXXVIII. narrat, quum Christiani quem-  
 dam locum publicum occupassent; popinarii vero con-  
 tenderent, eum sibi deberi: rescriptisse imperatorem, me-  
 lius esse, vt quomodocumque illic Deus colatur, quam  
 popinariis deditur. IOH. MEDE sententiam solide con-  
 futauit ill. BOEHMERVS diss. iuris eccles. antiqui diff. II.

### §. XXX.

Soliti autem sunt Christiani in conuentibus suis *carmen*  
*Christo, quasi Deo, dicere secum iniicem.* Egregium est hoc  
 pro Christi diuinitate, a primis Christianis credita, argumen-  
 tum, ab apostolis prolatum, atque a pagano homine con-  
 signatum. TERTYLLIANVS *apolog.* cap. II. haec referens,  
 habet

habet Christo et Deo: sed ex Plinio corrigendus est: et vi-  
 derur corruptum esse ex Christo ut Deo. Hoc enim quasi  
 Plinianum, quod exprimere voluit, postulat. Erat scilicet  
 Christicolis Christus ἐπὶ πάντων Θεός ἐν λογητοῖς εἰς τὰς αἰώνας  
 super omnia Deus collaudandus in sempiternum Rom. VIII, 5.  
 Θεός ἐν σαρκὶ, Deus qui adparuit in carne, 1 Tim. III, 16. Θεός,  
 qui suo sibi sanguine ecclesiam comparauit Acto. XX, 28. ἀλη-  
 θιος Θεός, verus Deus, 1 Joh. V, 20. propterea quod erat  
 μονογενὴς ἡδε, unigenitus filius, ὁ ὃν εἰς τὸν κόλπον τῆς πατρὸς,  
 qui in sinu patris, Ioh. I, 14. III, 16. Rom. VII, 32. ideo-  
 que exspectabant, τὴν μανασσίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς  
 δόξης τῆς μεγάλης Θεᾶς καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, speratam  
 beatitudinem, aduentumque gloriosum magni Dei, et seruatoris  
 Iesu Christi. Dicitur Tiberius ad senatum retulisse, et dato  
 suo suffragio voluisse, ut Christus inter deos referretur;  
 illud vero senatu displicuisse: quae si vera, eo indignus praefi-  
 sades Romani tulerunt, hunc crucifixum nihilominus  
 Deum coli. Ita Celsus, qui vixit Hadriani aetate, atque  
 ita non diu post Plinium, Christianorum de diuinitate Christi  
 dogma exagitat, et illos ridet, quod Iesum ἐν θυμῷ σώμα-  
 τος ὄντα, mortali corpore constantem, pro deo habeant,  
 vid. ORIGENES contra ipsum lib. II. et III. Julianus,  
 apostata, quem ad Iohannis argumenta, quibus diuinitatem  
 Christi probauit Ioh. I, 1. seqq. respondere vult, vid. CT-  
 RILLVS ALEXANDRINVS lib. VIII. operis eius impietati  
 oppositi, et LACTANTIVS lib. III. cap. 30. quae, vulgo  
 contra diuinitatem Christi proferri solebant, his memorat  
 verbis, vel impossibile, vel incongruum esse, ut Deus in vite  
 rum se mulieris includeret; nec coelestem illam maiestatem ad  
 tantam infirmitatem potuisse deduci, ut hominibus contemtui,  
 derisui, consumeliae, et ludibrio esset, possemo etiam crucio-  
 menta perficeret, atque execrabiliter patibulo figeretur: nihil  
 certius est, quam gentiles exploratum habuisse, antiquam  
 ecclesiam credidisse, Christum esse Deum: quo ipse simul  
 contra Arrianos probatur, diuinitatem Christi iam ante  
 concilium Nicaenum fuisse creditam, et defensam.

## §. XXXI.

Per carmen, quod Christiani dixerunt, intelliguntur et cantiones, et preces publicae, quas praeses coetus recitauit, et cui populus, ad sensum testificaturus, respondit, AMEN. Carmen enim vocarunt Romani, quidquid conceptis verbis diceretur. Proprie tamen significat canticum. Nam descendit a verbo *carmen* s. cano: unde *carmen* s. *carmen*, quod s. mutarunt saepe veteres in r. Praecipit Paulus Coloss. III, 16. ο λόγος τε χειρῶν ἐνοικεῖται ἐν ὑμῖν πλεονεσίας ἐν πάσῃ σοφίᾳ. διδάσκοντες καὶ γνωθετέντες ἑαυτοὺς φαλμοῖς, καὶ ὄμοις, καὶ ἀδαις πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ἀδοντες ἐν τῇ παρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρῳ. Verbum Christi inhabiteret in vobis copiose summa cum sapientia. Docete et communemate alius alium psalmis, hymnis, et odis spiritualibus, dominum in corde grate canentes. HIERONIMVS cap. V. ad Ephesios ait *psalmos*, continuisse materiam ethicam, nempe quid faciendum, aut vitandum; *hymnos* celebraffe Deum, eiusque beneficia; *odas* autem praedicasse mundi artificiosam compagem. Sed forte accuratius dixeris, psalmos fuisse cuiusvis argumenti, ideoque et *hymnos*, s. *celebrationes Dei*, et *odas* s. cantiones sublimiori quadam formâ compositas, et cum laudes, tum alias sacras res continentes, sub eorum nomine comprehendendi posse, maxime si ad tubarum et fidium sonum canentur. De eiusmodi carminibus Christianorum apud EUSEBIUM histor. eccles. lib. V. cap. 28. φαλμοὶ καὶ ἀδαις ἀδελφῶν απαρχῆς υπὸ πιεῶν γραφεῖσαι τὸν λόγον τῷ Θεῷ τὸν χριτὸν ὑμνήστη Θεολογῶντες, *psalmi*, *cantica frarum*, iam pridem a fidelibus conscripta, *Christum*, *verbum Dei*, concelebrant, diuinitatē ei tribuendo. TERTULLIANVS apologeticus XXXVIII. de agapis fidelium agens ita, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium Deo canere. In primis antiqua est haec δοξολογία, Δόξα πατρὶ, καὶ ἴῳ, καὶ σὺν αἴγιῳ πνεύματι, gloria patri, filio, cum spiritu sancto. BASILIVS M. ad Amphiliuchum cap. XXVIII. Propter Arrianos vero ad adserendam gloriae aequalitatem dixerunt, καὶ τῷ αἴγιῳ πνεύματι, et spiritui

*Spiritu sancto.* Nec alia mente σὺν usurpatum fuisse laudatus BASILIVS cap. XXVII. docet, qui cap. XXV. scripsum reliquit, Arrianos hac vños esse formula, Σοὶ τῷ πατρὶ οὐ τιμὴ, καὶ οὐ δόξα, διὰ τὴν μονογενῆς σῆς ηὔ, εἰν τῷ αὐτῷ πνεύματι, tibi patri honor et gloria per unigenitum tuum filium in spiritu sancto. Quando vero additur secum inuicem Christianos carmen dixisse; respicitur eo, quod sacerdos non solus cecinerit, sed alii quoque canendo se inuicem provocauerint. Solius vero Christi meminit, quia hoc singulare habebant Christiani, ut eius numen adorarent. Praeter enim quod Christiani carmen Christo, quasi Deo, dixerunt; sacras scripturas praelegebant, explicabantque, preces ad Deum fundebant, conferebant stipem, et quae sunt alia. Ita TERTULLIANVS *apolog.* cap. XXXVIII. Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precatione ambiamus orantes. Haec via Deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris eorum et potestatis, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Addit, cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus densamus. De osculo, quo sese ad indicandam animorum coniunctionem Christiani excepérunt, AVGVSTINVS *homil.* de diuersis LXXXIII. sic differit, post ipsam (orationem dominicam) dicitur pax vobiscum: et oculanur se Christiano osculo sancto, quod est signum pacis. Sicut offendunt labia; fiat in conscientia: id est, quomodo labia tua ad labia frarris tui accidunt; sic cor tuum a corde eius non recedat. Vnde illa gentilium vox, vide, ut inuicem se diligant. TERTULLIANVS *apolog.* XXXVIII. Cetera conuentuum solemnia IVSTINVS, martyr, *apolog.* II. descripsit, cuius verba, e Graeco in Latinum sermonem translata, haec sunt, die, qui solis dicitur, omnium, tam qui in oppidis, quam qui in agris commorantur, conuentus instituitur, et commentaria apostolorum, aut scripta etiam prophetarum, prout tempus fert,

G 3 legun-

leguntur. Deinde, quiescente lectori, p<sup>r</sup>aepositus orationem habet, quo populum instruit, et ad imitationem rerum tam pulchrarum ciborum tauratur. Postea communiter omnes surginimus, precesque profundimus. Et, sicut antea diximus, precibus peradis, panis offertur, et vinum, et aqua: et p<sup>r</sup>aepositus preces similiter ac gratiarum actiones, quantas potest, fundit, populisque fausta adprobatione acclamat, dicens, amen. Hinc distributio sit eorum, in quibus gratiae sunt actae, et participiantur ab unoquoque p<sup>r</sup>aesente, absenthius autem per diaconosmittuntur. Ceterum qui locupletiores sunt, et qui ita volunt, pro arbitria quisque suo, quod libet, conferunt: quodque sic colligitur, apud p<sup>r</sup>aepositum deponitur, ac ille inde orphanis et viduis, et his, qui propter morbum, alienum caussam egent, et iis, qui in vinculis sunt, aut hospites, et peregrini, opertularunt; verbo omnium indigentium tutor et curator constituitur.

### §. XXXII.

Fuit haec aliquando Milesiorum conspiratio, nemo nostrum frugi esto: Christianorum contra fuit compromissio, et confoederatio, nemo nostrum sceleratus esto. Obstrinxerunt enim se sacramento non in seculis aliquid. Sacramentum esse pecuniam, quae in iudicium veniat in litibus, quibus compositis, qui vincerat suum sacramentum (pecuniam) a sacro abstulisse; vici sacramentum ad aerarium rediisse, VARRO L. IIII. 16. vult. FESTVS sacramentum dicit aes esse, quod poenae nomine pendatur, siue eo quis interrogetur, siue contendatur. Addit FESTVS, sacramenti nomine id aes dici coepit, quod propter aerarii inopiam, et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur in diuinis. Sed accipi etiam sacramenti vocem pro iureinrando idem FESTVS monuit: sacramentum dicitur, inquit, quod iuris iurandi sacratione interposita actum est: unde quis sacramento interrogari dicitur, quia iurandum interponitur. Primario autem usurpata haec vox est de iureinrando militari, vnde vocare, et adigere milites ad sacramentum apud veteres autores saepissime occurrit: vid. LIPSIUS I. de militia dialog. VI. et TORRENTIVS ad Sueton. Calig. c.XV.

Hinc

Hinc sacramentum Christianorum, quando vel per baptismum ecclesiae inserti; vel in sacra coena iurejurando, et sacra solemnique promissione, ac stipulatione se obligarunt. Sic TERTULLIANVS ad martyr. cap. III. Vocati sumus ad militiam Dei viui iam tunc, quam in sacramenti verba respondimus: baptismatis sacramentum intelligit, vt ipse interpretatur de spectac. cap. III. et aduersus Valent. c. XXVII. Idem de coena sacra cap. III. de corona milit. Eucharistiae sacramentum, omnibus mandatum a domino, antelucanis coetibus sumimus. De vtroque idem adu. Marc. III, 34. Marem et feminam ad sacramentum baptismatis et eucharistiae admittens. HIERONTMVS epist. I. ad Heliod. Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptisme consepultus, in sacramenti verba iurasti. Denique sacramenti vox apud Christianos scriptores sumitur pro mysterio. Idem apolog. cap. VII. sacramentum infanticidii, cuius accusabantur Christiani, vocat, quasi secretum aut arcanum. Sic HIERONTMVS in Matth. II. sacramenta munerum vocat, quae magi obtulerunt. Idem ibid. cap. XXVII, 27. Sic et isti, quaecunque fecerunt, licet alia mente fecerint, nobis, qui credimus, sacramenta tradiderunt: et ibidem, velum scismum est, et omnia legis sacramenta, quae prius tegebantur, prodita sunt. Saepe etiam hoc verbo veteres vocarunt religionis Christianae formulam, aut confessionem fidei. Ita occurrit apud LACTANTIVM lib. V. cap. 2. vbi apostamat sic describit, qui religionis, cui fuerat ad sensus, et fidei, cuius nomen induerat, et sacramenti, quod acceperat, proditor factus est. Ita etiam LIVIVS lib. XXXVIII. hac voce vñus est, dum narrat, Romae in bacchanalibus et nocturnis eorum sacris fuisse quasdam ex carmine sacro, praeceunte verba sacerdote, precatio[n]es, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur; talique sacramento initiatos multos tunc suisse. FRANCISCVS BALDVINVS, GERH. IOH. VOSSIUS et AVG. BUCHNERVS comment. in hanc relationem et consult. Plinii, existimant, hoc loco per sacramentum indicari iuriurandum. CONRADVS RITTERS.

HVSIVS

HVSIVS comment. in b. l. intelligit ipsam communionem sacram, quae hanc vim habuerit, vt pro iuramento valeret. BARONIVS in ann. ad ann. CIIII. sacramentum hoc loco idem esse, quam sacrum ritum, Pliniumque Christianorum verbo loquutum, ipsam sacrae eucharistiae sumptionem sacramentum adpellasse, statuit. IOH. TESMARVS in processu gentilium in Christianos p. 54. ad mentem Plinii magis accedere, arbitratur, per sacramentum heic intelligi conventionem aliquam, seu mutuam repromiseionem de excolenda virtute, fugiendisque vitiis. BOEHMERVS diff. iuris eccles. antiqui ad Plin. diff. III. §. XVIII. eodem sensu heic vocem sacramenti accipit, dum adserit, Plinium indigitarre voluisse arctissimam illam Christianorum et sanctissimam confociationem, quae tam sancte inter eos semper exculta sit, vt sacramento solemini aequiparetur. Atque horum sententiam probant confirmantque verba TERTULLIANI supra ex *apolog.* cap. II. adducta. Sic enim optimus ille Plinii interpres ad defendendam Christianorum innocentiam hoc Plinianum testimonium adduxit, Plinium praeter obstinatem non sacrificandi, nihil aliud de sacramentis Christianorum competrisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo, et Deo, et ad confoederandam disciplinam. Ex quibus adparet, Plinium non de *iure iurandis*, a quibus tum abhorrebant multi Christianorum, eodem TERTULLIANO de *idol.* cap. II. teste, sed de arctissimo confociationis vinculo intelligendum esse.

### §. XXXIII.

Confoederata hac disciplina Christiani cum sceleratos a consortio suo remouebant, tum se ad virtutis cuiusvis studium obstringebant. Hinc scribit Plinius, eos sacramento se obstrinxisse non in scelus, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum adpellati abnegarent. Gentiles in conuentibus nocturnis mala quaevis moliri consueverunt, ceu constat ex iis, quae paragraphe praeced. ex LIVIO adduximus: ibidem Hispala quaedam testatur in sacris istis bacchanalibus, quibus

bus ipsa interfuerat, nihil facinoris, nihil flagitii praetermissum; plura virorum inter se, quam feminarum fuisse supra; si qui minus patientes dedecoris sint, et pigriores ad facinus, pro victimis immolari cet. Sic de Catilinaria coniuratione praeter SALLVSTIVM referunt, DIO CASSIVS lib. XXXVII. et FLORVS lib. III. cap. I. Catilinam, puero mactato, populares sceleris sui adegitte ad iusurandum, super eius visceribus praestandum, sanguinem autem, vino permixtum, omnes bibisse. Similia legimus apud VALERIVM MAXIMVM lib. VIII. cap. II. SOLINVM cap. XX. et alios. Ideo senatus et bacchanalia, et alia sodalitia abolenda censuerat: et postea etiam imperatores, in primis etiam Traianus vid. lib. X. ep. Plin. ep. XXXXIII. eadem prohibuerunt. Suspectae hinc non modo erant Christianorum coitiones gentilibus, praesertim quum prope totus terrarum orbis se ad eorum religionem conuerteret; verum aperte etiam vocarunt eas seminaria seditionis forum hominum et omnium vitiorum. Ita enim SALVIANVS lib. III. de gubern. dei, etiam initia ipsa nostrae religionis non nisi a duobus maximis facinoribus oriri arbitrantur, primum scilicet homicidio, deinde, quod homicidio est grauius, incestu; nec homicidio solum et incestu, sed quod sceleratus quiddam est, incestu ipso et homicidio, incestu matrum sacrosanctorum et homicidio innocentium parvulorum, quos non occidi tantum a Christianis, sed quod magis abominandum est, etiam vorari existimabant; et haec omnia ad placandum deum. Eadem Christianis obiicit scelera Caecilius apud MINVGIVM FELICEM cap. VIII. Infans, inquit, farre conteclus, ut decipiatur incautos, adponitur ei, qui sarcis imbuitur: is infans a tirunculo farris superficie, quasi ad innoxios ictus provocato, coecis, occultisque vulneribus occiditur: huius (prob nefas) sanguinem lambunt: huius certarim membra dispergunt: bac foederantur hostia: bac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. Haec sacra sacrilegiis omnibus tetricora. Et de coniuicio notum est, (passim omnes loquuntur) id etiam Cirensis nostri testatur oratio: ad epulas solenni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matri-

matribus, sexus omnis homines, et omnis aetatis. Ilic post multas epulas, ubi coniuinium coauit, et incestae libidinis fervor obrietate exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulac ultra spatum lineae, qua vincus est, ad impetum et saltum pronocatur: sic everso et extincto conscientio lumine, impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis inuolunt per incertum sortis: et si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesci: quoniam voto vniuersorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum. Enim vero coram tribunali ipsi adeo apostatae testantur, Christianos se non in scelus obstrinxisse, sed ne fulta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum adpellati abnegarent. Ita prouidentia Dei singulari factum est, ut ipsi adeo hostes Christianis innocentiae testimonium praebuerint. Sed non tantum ad uitanda haec scelera se obstrinxerunt, sed ad alia omnia, prouti praeceptum iis fuit 1 Petr. II, 12. III, 16.

#### S. XXXIII.

Habebant ecclesiae suos presbyteros et episcopos, qui praeter docendi officium mores et vitam singulorum obseruarent Actor. XX, 28. Hi aequae ac apostoli ad imperio secundum mandatum Christi Matth. XVIII, 1. XX, 21. seqq. XXIII, 8. seqq. Marc. VIII, 34. Luc. VIII, 46. se abstinuerunt, et quae constituenda erant in ecclesia, ad commune omnium, ad ecclesiam pertinentium, consilium et consensum detulerunt, Actor. I, 15. seqq. VI, 1. seqq. CYPRIANVS epist. XVIII. scribit, hoc et verecundiae et disciplinae et vitae ipsi omnium nostrum conuenit, ut praepositi cum clero conuenientes, praesente et stantium plebe, quibus et ipsis pro fide et timore suo honor habendus est, disponere omnia consilii communis religione possumus. Quumque episcopis ius nullum esset puniendi crimina eorum, qui aut facinorosi coetibus Christianorum se adiungerent, aut ad facinora delaberentur, 1 Cor. V, 6. omnia ecclesiae membra confoederationem hanc inierunt, ut sanctissime habimet inuicem promitterent, quod vitam ad Christi doctrinam componere, cunctaque scelera uitare velint, addita hac poena conuentionali,

tionali, ut ab omni communione Christianorum et sacrorum penitus excluderetur, qui fidem falleret, et in leges confederacionis peccaret. Hinc ut TERTULLIANI verbis de corona cap. III. utr aquam (baptismum) adituri, sed et aliquanto prius in ecclesia sub antisitis manu contestabatur, se renunciare diabolo et pompa et angelis eius. Quodsi nihilominus flagitiis quis se inquinaret; eiictebatur a tota ecclesia, atque ita a sanctissima societate fidelium excludebatur. ORIGENES lib. II. aduers. Cels. circa fin. CYPRIANVS epist. XXXXIII. et LVIII. Qui vero hac ratione erant electi, aequae ac profugi, qui sua sponte ecclesiae communionem deseruerant, ad ecclesiae societatem redire non poterant, nisi, reconciliatione facta, cum ea in gratiam rediissent. Hoc siebat per exhortationem, s. confessio nem, depreciationm, et poenitentiam publicam. CYPRIANVS epist. III. XVI. XVII. LIII. Episcopus postquam significauerat ecclesiae, adesse lapsum, qui recipi denuo desideret; suffragii stantium, qui multis saepe non tantum lapsorum precibus et lacrimis, sed episcoporum etiam persuasionibus exorandi erant, CYPRIANVS epist. LVIII. receptio decernebatur: tum, peracta poenitentia, per manuum impositionem, ab episcopis et presbyteris factam, ceu tesserant reconciliationis impetratae, ad societatem ecclesiae denuo admittebantur, CYPRIANVS epist. XV. XVI. XVII. Veniam autem in se commissorum delictorum dedit ecclesia, ceu pars laesa, praesupponens, lapsum cum Deo iam in gratiam rediisse: ideo haec reconciliatio vocatur *pax ecclesiastica et fraterna redintegratio*; et qui recipiebantur reuerti ad matrem, ad fraternitatem dicebantur. CYPRIANVS epist. LIII. Interdum quibusdam, moechis potissimum, homicidis, et idololatris, pro severitate disciplinae istius confederatae receptio denegata fuit: quo tamen facto neutquam negarunt, serio poenitentes veniam peccatorum a Deo possi consequi. TERTULLIANVS lib. de pudicitia cap. III. INNOCENTIVS epist. III. In administratione huius disciplinae ut cuiusdam quasi iudicij ecclesiastici si-

gura obseruabatur, TERTULLIANVS *apolog.* cap. XXXVIII.  
C<sup>T</sup>PRIANVS epist. LII. ita episcopi, crecente ipsorum  
auctoritate, eius exercitium sibi sensim ita vindicarunt, vt  
soli, inconsulta plebe, de ciiciendis facinorosis, et recipien-  
dis poenitentibus statuerent.

## §. XXXV.

Addit Plinius, *per actis* sacris antelucanis, morem Chris-  
tianis discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum,  
promiscuum tamen et maximum. De conuiuis iis Christiano-  
rum loquitur, quae *agapae* vocabantur, et quae nomen ha-  
bent a tenerimo amore, quo animos et voluntates con-  
iungere solebant. Ipsum nomen *aydωαι* in epist. Iudae v. 12.  
occurrit: naevos, qui irrepererant, Paulus 1 Cor. XI. indicat,  
et reprehendit. Traxerunt originem a conuiuis Iudeorum  
sacris. Has non fuisse coenas Thyestas, quibus in-  
fantes vorauerint, et nefandos incestus admiserint, prout  
gentiles crimabantur, patet ex eo, quod cibum apposue-  
runt *promiscuum*, id est, facilem adparatu, et vulgarem, et  
*innoxium*, hoc est, iuste et absque maleficio paratum, qualis  
minime fuisse *αὐθρωποφαγία*. Neque enim laurae et splen-  
didae, multo minus sceleratae erant epulae, sed sobriae,  
castae, et religiosae. Teste Luca Acto. II, 46. primi Chris-  
tiani quotidie panem mansionatum fregerunt, cibumque  
ceperunt cum laetitia, animique simplicitate, laudantes  
Deum: postea *stato illo die*, non vero in antelucanis coe-  
tibus (his enim peractis discesserunt, rursusque coierunt  
ad capiendum cibum); sed dubio procul vespertino tem-  
pore, vt coenae ratio postulat, amoris ista conuiua cele-  
brarunt. Acto. XX, 7. 8. II. Sed quum istae coitiones ad  
capiendum cibum interdictae essent; factum postea vt eu-  
charistiae viuum ad coetus antelucanos traxerint. Con-  
iuncta enim cum agapis fuit eucharistia, tamquam postcoe-  
niuum: perinde vt fuit compiementum coenae, qua Christus  
hoc sacramentum instituit, quod constat ex Matth. XXVI,  
26. seqq. Marc. XIII, 22. seqq. Luc. XXII, 19. seqq. Erant  
autem

autem agapae vel publicae, in coetu fidelium; vel priuatae, in priuatorum, ditiorum scilicet, aedibus celebratae. De illis 1 Cor. XI, 21. 33. de his Actor. II, 46. In suis aedibus eiusmodi agapas quilibet paterfamilias paravit: sed in coetu publico earum directio commissa fuit episcopis et presbyteris. Et quia his conuiuiis *conuicia* et vnio inter fideles confirmanda erat; manifestum est, non admissos fuisse, qui nondum sacro fonte lauati, nec in communionem ecclesiasticam recepti, IVSTINV<sup>S</sup>, martyr, *apolog.* cap. II. porro qui vel ob spontaneam desertionem, vel ob electionem communione ecclesiae priuati erant. Ipsas epulas egregie descripsit CHRTSOSTOMVS homil. XXVII. in 1 Cor. XI. et TERTVLLIANVS in *apolog.* cap. XXXVIII. Ex quibus adparer, diuites, et abundantiores alimenta et edulia e domibus suis attulisse, et communies cum pauperibus mensas fecisse. Non prius, ipsa TERTVLLIANI sunt verba, *discumbitur, quam oratio ad Deum praegustetur: editur, quantum esfurientes capiunt: bibitur, quantum pudicis est vnde: ita saturantur, vt qui meminerint, etiam per noctem adorandum sibi Deum esse: ita fabulantur, vt qui sciant dominum audire. Post aquam manualem, et lumina, vt quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, pronocatur in medium Deo canere: hinc probatur, quomodo biberit. Atque oratio conuiuum dirimit: inde disceditur non in cateruas caesonum, neque in classes discursionum, nec in eruptiones lasciarum, sed ad eamdem curam modestiae et pudicitiae, vt qui non tam coenam coenauerint, quam disciplinam.*

### §. XXXVI.

Sed disturbauit Plinius hos conuentus Christianorum ad capiendum cibum. Vetus erat lex XII. tabularum, ne qui in vrbe nocturni coetus essent: eadem tamen permittebat honestas. vid. BALDVINI *comment. ad XII. tab.* Hinc JOSEPHVS antiquit. Iud. lib. XIII. scribit, Iulium Caesarem, quem edicto fodalitia in vrbe sustulisset, nominarim excepisse Iudeos, vt religionis suae causa conuenire possint.

sint. Quod priuilegium post mortem Caesaris et senatus Rom. Dolobella col. et Augustus confirmauit. Huius edictum Agrippa, Iudeorum cauſa apud Caium Caligulam agens, dum olim laudauit; hanc adiecit rationem, quod Iudeorum coetus non ad aliquam turpitudinem, aut seditionem, sed ad omnem temperantiae et frugalitatis doctrinam conuenirent. Eadem ratione Plinius potuſſet Christianorum conuentus tueri. Sed Romanis ſuceptae erant nouae coitiones, praefertim quum Christianam religionem mirabiliter inualeſcere, et prope orbem terrarum ad eam ſeſe conuertere, viderent. Enarrabat Plinius lib. X. ep. 42. incendium Nicomedense, quod multas priuatorum domos, et duo publica opera abſumferat, et Traiano diſpiciendum proponēbat, an iſſitūendum collegium fabrorum, duntaxat hominum CL. promittens, ſe attenturum, ne quis, niſi faber, recipiat, et ne iure concesso in aliud vtatur: neque enim difficile eſſe, tam paucos continere. Sed rescriptit imperator lib. X. epift. 43. Tibi quidem ſecundum exempla complurium in mentem venit, poſſe collegium fabrorum apud Nicomedenses conſirui: ſed meminerimus, protinciam iſlam, et praecepue eas ciuitates, ab eiusmodi factionibus eſſe vexatas. Quodcumque nomen ex quaunque cauſa dederimus iis, qui in idem contrahisti fuerint, betaeriae, quamvis breues, ſiēti. Sa-rius itaque eſt, comparari eis, quae ad coercendos ignes auxilia eſſe poſſint, admonerique dominos praediorum, ut et ipſi imbi- beant; ac, ſi res popoſcerit, accuruſu populi ad hoc vti. Ad hoc Plinius reſpexit edictum: quando ſcripit, Chriſtianos hoc ipſum (coire ad capiendum cibum) facere deſiſe poſt edictum ſuum, quo ſecundum mandata Traiani betaerias eſſe vetuerat. Chriſtiani mandato obtemperarunt, et conuen- tis nocturnos ad capiendum cibum omiſerunt. Quod fa- cere, ſaluo Chriſtianorum officio, poterant: non enim aga- piſ eiusmodi et conuentibus ſalus nititur ecclesiae, eiusque membrorum.

## §. XXXVII.

Postrema epistolae pars ipſam uiaſionem, et consilium  
Plinii

Plinii de venia, poenitentibus danda, continet: quae quum maximam partem supra sit illustrata; tantum ea, quae de incrementis religionis Christianae scripsit, expendamus. Haec vero præcipua et consultationis, et fussionis adiectæ ratio fuit. Considerans enim maximam Christianorum per prouincias copiam, desolata deorum tempora, sacra solemnia gentilium intermissa, efflorescentem ybius Christianam religionem; existimauit, etsi alias, graffantibus delictis exacerbanda esse supplicia, Romani ICtū statuerint, non tam de supplicio in Christianos augendo, quam de minuendo, et seueritate remittenda cogitandum esse. Magnum periclitantium numerum esse, testatur: id vero probat inde, quod multi omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus vocentur in periculum. Caullari solebant pagani, non nisi homines agrestes, rudes, et infimae fortis ad Christi sacra se conuertere: sed Plinius refert, teneros, et senes, viros, feminasque, Christi doctrinam amplectentes, omnis ordinis fuisse: ergo et homines primarii et in dignitate constituti ad Christianorum sacra accesserant. Hinc ARNOBIVS lib. II. gentilibus obiecit, quod tam magnis ingenis praediti oratores, grammatici, rhetores, consulti iuris, ac medici, philosophiae etiam secreta rimantes, magisteria Christianorum experti, spretis, quibus paulo ante fidabant. HIERONTMVS proœmio libri de viris illustribus ita, discant Celsius, Porphyrius, Julianus, rabidi aduersus Christianum canes, discant eorum sectatores, qui purant, ecclesiam nullos philosophos et eloquentes, nullos habuisse doctores: quanti et quales viri eam fundauerint, exstruxerint, et ornauerint: et desinuant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatem arguere, suamque potius imperitiam cognoscant. conf. EVSEBIVS lib. V. hist. cap. 21. lib. VII. cap. 16. lib. VIII. cap. 2. 6. Addit Plinius alterum argumentum ad ostendendum, quanta sit periclitantium multitudo. Neque enim, inquit, ciuitates tantum, sed vicos etiam arque agros, superstitionis istius contagio peruagata est. Apostoli non tantum ad vrbes, sed ad vicos quoque et agros Christi doctrinam pertulerunt, quod patet ex Act. VIII, 25.

vbi

66 PRISTINA CHRIST. REI FACIES A PLINIO REPRAESENT.

vbi legimus Petrum et Iohannem τολλας καρπας των Σαμαρετων, multos Samaritanorum vicos euangelico instituisse. In ciuitatibus primo et praedicatum, et creditum est euangelium: possea idem adnuntiatum est in vicis, atque agris. In ciuitatibus sapientia, quam iactitabant cultiores, in pagis stupor animi praeconibus diuinis impedimento fuit: nihilominus perrupit diuina veritas, et Christiana religio inter maximas persecutioes vbiuis cepit incrementa admiranda. Quae res ut diuinam eius originem manifesto indicat; ita Plinius valde errauit in eo, quod existimat, de. leri posse Christianam religionem, si sit poenitentiae locus. Cunctis enim temporibus cognitum fuit, verissimum il. lud Tertulliani effatum esse, sanguis martyrum semen eccliesiae. Hinc etiam ecclesiae in prouinciis, quibus praefuit Plinius, in Bithynia praesertim Nicena et Nicodomensis, et in Ponto Neocaesariensis et Heracleensis, post Trajanii aetatem acreuerunt, neque Diocletianus, et si Nicomediae, Bithyniae vrbe, palatum haberet, Christianos iis locis potuit exterminare. Ita vi sua semper valuit coe. testis veritas, quam Deus velit nobis, posterisque nostris sartam, tectamque perpetuo conseruare,



VIRO

V I R O  
EXCELENTISSIMO CONSULTISSIMO  
AMPLISSIMOQUE  
**IOHANNI ERNESTO**  
**SCHELHASIO**

I. V. L.

SERENISSIMI DVCIS WEISSENFELSENSIS A CONSI-  
LIIS ET CONSULI QVERFVRTensi DE RE PVBLICA  
OPTIME MERITO

S. P. D.

**FRIDERICVS ANDREAS HALLBAVER**  
ELOQV. ET POES. P. P. ORD.

**V**T filius tuus, qui iam in eruditorum  
conspicuum prodit, ingenio ad omnes  
honestas disciplinas docili est praedi-  
tus; ita nihil vel in linguarum studiis, vel in  
philosophorum sanctis, vel in sanctioribus  
disciplinis ipsi tam difficile, tamque arduum  
fuit, quod non pro mentis efflorescentis ala-  
critate, et incredibili discendi studio, tamquam  
rupe mpraeruptam, superare contenderit. Tan-  
ta enim industriae indefessae laude inter nos  
praestitit, vt nullum otium, nulla sodalitia,  
nullusque somnus eum a contentione discen-  
di, lucubrandique vñquam reuocauerit.  
Quam vero cuncta melioris doctrinae pree-  
cepta,

I

cepta,

cepta, quae vel a magistris accepit, vel ipse ex  
se paravit, in numerato habeat; et ego ex  
acroasibus, exercitationibusque ingenuorum  
iuuenum, quibus diu interfuit, compertum  
habeo, et hoc ingenii, atque eruditiois do-  
cumentum, quod sibi non sine insigni laude  
ipse exstruxit, testatur. Gaude itaque, vir  
eximie, tuo isto tam polito, cultoque filio, ac  
maximo illo fructu iucunditatis, qui inde ad  
te redundat, fruere perpetuo. Ceterum non  
solum hunc annum, quem bonae spei plenus  
ingressus es, sed etiam sequuturos annos tibi,  
tuisque faustos, ac felices omni conatu precor.  
Ienae nonis ianuarii c1510cc xxxviii.

---

**B**eglückter Vater! sieh Dein Sohn  
Schwingt sich an Themis heitren Thron,  
Dahin Ihn Fleiss und Weisheit führet.  
Der Alten treuliche Geschicht  
Erhellst der Offenbahrung Licht,  
Und uns den Ruhm, der Ihm gebühret.

Der väterliche Tugend-Preis  
Zeigt sich in diesem edlen Reis,  
Das zeitig reisse Früchte träger.  
Du fühlst, o Vater! in der Brust  
Mit uns den Reis von solcher Lust,  
Die schneller Dein Geblüt bewegter,

Erlau-

Erlaube meinem frohen Kiel,  
Das, was vielleicht vor ihm zu viel,  
Die Jubel dieses Festes zu schildern,  
Dem Geist, der sich mit uns erfreut,  
Sieht Deines Stammes Ruhm verneut,  
Dich selbst in solchen Eugend-Bildern.

Geflissner Sohn, des Vaters Ruhm,  
Du eilst, Du kommst ins Heilighum,  
Wo Deine Wissenschaft erhöhet,  
Wo Kampf und Muth und muntre Kraft,  
Der Wahrheit Sieg, Dir Ruhm verschafft,  
Der nur die Überwinder krönet.

Nun wird des Vaters seltner Ruhm  
Ein vortheilhaftes Eigenthum  
Dem Sohn, der ihn so schön vermehret.  
Es sey. Der Vater wünscht zu sehn,  
Den würdgen Sohn im Leib-Rock sehn,  
Darum er Zions Rechte lehret.

Hiermit wolte dem Hochgedeckten Hrn. Rath, wie auch  
dessen Hrn. Sohne, welcher auf den philosophischen Ca-  
seder eine Disputation räumlich vertheidigte, seine  
schuldigste Gratulation abstatte

### M. Joh. Christian Fischer.

**S**ieh Dich, Gelehrter Freund, bei Anblick dieser Zeilen:  
Nicht von dem Vorurtheil des Pöbels übereisen:  
Als ließ vielleicht das Blat so viel Lob-Sprüche sehn,  
Als Zeilen, Wörter sind: als Sylben in ihm sehn.  
Hierzu ist, glaube mir, die Feder nicht geschnitten.  
Nicht Gnust nicht Geld-Gewinn kan sie dazu erbitten.  
Die Wahrheit lobt Dich selbst, und Du verlangst es nicht,  
Das neben ihr ein Freund von Deinem Vorzug spricht.

Läßt sich nicht schon Dein Fleiß, der Vorzug Deiner Thaten,  
Durch dieses Meisterstück von Deiner Kunst errathen?  
Wie, hast Du diesen Schatz der Welt umsonst geschenkt?  
Der Welt, die zum voraus Dein künftig Glück bedenkt?  
Wie, oder hast Du es zum Zeugen auserlesen;  
Dein Fleiß sey ihrer Huld und Kunst längst werth gewesen?  
Ja! ich erkenne es. Ihr Freunde stimmt mir ein!  
Läßt eures Freundes Fleiß euch eine Reizung seyn!  
Sein Glück sey wie Sein Fleiß! So kan man sich versprechen,  
Er werde vor der Zeit des Ruhmes Früchte brechen.

Dieses Denckmahl einer glückwünschenden Freunde richtet  
über das geliebte Nachthum seines Hochgeschätzten  
Freundes auf

Friedrich Theodos Müller, aus Ilmenau in Fr.  
Phil. et Theol. Cult. OPPONENS.

**S**ie stieg, mein Freund, Dein grosser Ruhm,  
Da Du die Bahn Dir ausserwehlet,  
Auf der niemand der Weisheit fehlet,  
Die führt zur Weisheit Heilighum,  
Wer so gethan, wer so gelebt,  
Wer so der Tugend nachgestrebt,  
Der kan wie Du, sich seines Lohns erfreuen,  
Und sich sein Glücke selber prophezeuen,

Du hast es doch nun so gemacht,  
Dass Deines Vaters langes Hoffen  
Nach Wunsche einmahl eingetroffen,  
Das macht, Du bist auf Wiz bedacht.  
Drum bringt Dein Lenz schon Garben ein,  
Wie wird Dein Herbst gesegnet seyn.  
Die Tugend will, dass ich an Dir erfahre,  
Wie die Gelehrsamkeit sich mit dem Glucke paare.

Herdurch wolte seine aufrichtige Freundschaft an Tag  
legen

Anton Christoph Zeidler,  
der Gottes-Gelahrten Besitzer.

**G** (\* \* \*) **B**

102 183

f

5b.

VP 18

VP 17






110

B.I.G.

Black



II.

# PRISTINAM CHRISTIANAE REI FACIEM A PLINIO REPRAESENTATAM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA ET CRITICA  
AD PLIN. LIB. X. EPIST. LXXXVII

PRAESIDE  
**FRID. ANDREA HALLBAVERO**

ELOQV. ET POES. PROF. PVBL. ORDINARIO  
PATRONO ATQUE PRAECEPTORE AETATEM COLENDO  
D. XXV. JANVARII C<sup>o</sup> I<sup>o</sup>CC XXXVIII  
ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT

A V C T O R  
**GEORG. LVDOV. SCHELHAS**

QVERFVRTH.  
PHILOS. ET THEOL. CVLTOR.



IENAE LITTERIS IOH. FRID. RITTERI.

